Custodia ē exhibitio reoꝝ. vt di. Azo Sed3 legiſtas eſt cuſtodia que fit ī carcerib⁹ publicis et etiā ꝓhibet carceres ꝑuatos. vt pꝫ ff. C. ⁊ de priua. carce. inhiben.
Cutis is. f. t. i. pellis. ⁊ dr̄ a cote grece qḋ ſonat inciſio. Sz pellis dr̄ q2 extraneas īiurias cor poris tegēdo pellit. Pellis vero detracta iā dr̄ Coriū a carne quā tegit. ſz hoc brutis aīalib⁹ ē ꝓpum. Cutis vero dr̄. q2 primā inciſionem patitur ⁊ cor. cu. Vn̄ Birrhia. Pena tenet ſti mulos innouat illa cutē. Jn̄ cuticula le. i. par/ ua cutis.
Cuticus a. ū. i. ſtupratus corruptus. et dr̄ a cu tis. ⁊ cōponit̄ cū re. vt recuticus a. ū. in eodē ſenſu. vel qui retrouerſam h3 pellē mēbri viri lis. Vn̄ repcutici ꝓprie dicūtur iudei quaſi re tro hn̄tes cutē. i. circūciſi. Carēt eni anteriori pelle virilis mēbri. Vn̄ Martial ad ſuā vxo rē ait. Nec recuticoꝝ fugis inguina iudeoꝝ. Et Perſius. Recuticaq3 ſabbata pellis.
Et vocant ſabbata recutica ꝓpter recuticos. q2 ad eos ptinēt ⁊ ea celebrāt.

## D ante A

Dabir ſiue dauir oraculū diei. ſz in li. Reg. interp̄tatur loq̄la
Dabreiamin. lib q̄ dr̄ ſermo die rum. i. paralipomenon
Dactyloss grece. latine digitus dr̄.
Dactylus li. m. s. i. fructus palmaꝝ. ⁊ dr̄ a da ctylos qḋ ē digitus. q2 digitoꝝ ſilitudinē imi tari videt̄ Itē dactylus eſt quidē pes metric⁹ qui ad modū digiti a lōgiori mō inchoās. in duas dēſinit breues. vt carmia mēalus. Jn̄ da ctylic⁹ a. ū. vt dactylicū metrū. qḋ ꝯſtat ex da ctylis. vel in quo dactylus magis dn̄atur.
Dactylus etiā inuenitur pro digito vel anulo apud nos ſm Hugui.
Dacus ci. quidā populus. et dr̄ a dacus q̄i da gus. q2 de getoꝝ genere dicūt̄ fuiſſe creati daci Et declinat̄ hic dacus ci. p pplo illius terre. et hec daca ce. p fēia. ⁊ dacus ca. cū. Jnde hec da cia. cie. terra coꝝ.
Dagon indecli. maſ. ge. idolum fuit in azoto vbi arca dei capta fuit
Dalila interpretatur paupcula l' ſitula cōiūx. Sampſonis fuit.
Dalmanuta locus quidā eſt. de quo habetur Marci viij
Dalmatica regio ē. Jnde dalmatic⁹ a. ū. Itē dalmatica ce. pe. cor. ē quedā veſtis ſacerdotal' primū in dalmatica regione cōtexta
Dalū li. n. s. mimū velū ad nauis prorā fixū
Dama me. f. p. ē quoddā aīal quadrupes vt di cūt caprea. ⁊ videt̄ dici a de et manu Jn̄ dama q̄i dema. eo ꝙ de māu fugiat Pap. vero di. Da ma incerti gene. aīaliū genus timidū ⁊ imbecil le canes nimiū fugiens.
Damaris pe. cor. nom ē cuiuſdā mulieris Vn̄ in Aurora. Credis et o Damaris quam moꝝ gratia ditat.
Damaſc⁹ vrbs ē ſyrie. ꝯdita et denoīata a da maſco. l' ab Eleazaro diſpēſatore Abrae Dec antea in oī ſyria tenuit principatū. Damaſc⁹ interp̄tat̄ ſanguinē bibens. q2 interfectus fuit ibi Abel a Cain. abſcōſuſq3 in ſabulo flumīs Jn̄ damaſcenus a. ū. pe. pd. nomē gentile Vn̄ in paralipō. xviij. Supueīt āt in ſyrius da/ maſcenus Itē damaſcena. ne. quedā arbor. ſ. quoddā genus prunoꝝ. q2 ibi multū abūdat et melior. vel q2 primo inde aducta ē. Jn̄ da maſcenū fructus eius.
Damnū eſt diminutio vel adēptio patrimo/ nij. et dr̄ a demo vl' diminuo ſz hoſtiē. ff. de dā infec. l. iij. Etiā q̄n3 dānum ē luctum ceſſans. Itē dānū ſubito et nobis neſcientibus fit. ſz iacturā ſcientes ⁊ vltro patimur. detrimentū3 vero leue dānū ē Jn̄ dānoſus a. ū. q̄ fert dānū et ꝯpatur. Jn̄ dānoſe aduer. ⁊ dānoſitas tatis.
Damula le. f. p. cor. i. pua dama ſz Hugi. Pa pias di. Damula gen⁹ fere caprioli ſilis. vel vt quidam dicunt muſtela
Dan interp̄tat̄ iudiciū aut iudicās. Fuit eni3 filius iacob ex ancilla Rachael. Bala eni dū eā pepiſſet dixit Rachael dn̄a eius Judica/ me dn̄s et exaudiens dedit mihi filiū. ⁊ ita cā3 noīs expreſſit. vt q2 iudicaſſet dn̄s filio ācille iudiciū nomē imponeret De cui⁹ genere l' tri bu naſciturus ē antixp̄us Et i h⁹ figurā Dan nō cōnumeratur inter centū quadragīta quat tuor milia ſignatos Apoca. vij.
Danai dicūtur greci a Dano rege.
Daniel interp̄tatur iudiciū dei. a dan qḋ ē iu diciū. et el qḋ eſt deus.
Daniſta ſte. m. p. i. fenator. ⁊ dr̄ a danus.
Danubius bij. m. s. germanie fluuius dr̄ a vi et copia niuiū q̄b⁹ magis auget̄. Iſte ē q̄ ⁊ in europa plus oībus h3 famā. Idē hiſter. q2 dū p innūeras vadit gētes. mutat nomē et maior res vires acquirit. Orit̄ aūt germanicis iugis in occidētalibus ptib⁹ barbaroꝝ. pgēs con/ tra oriētem ſexagīta fluuios in ſe recipit. ſeptē oſtijs in ponticū mare intrat
Danus ni. m. s. i. fenator. a do. das.
Dapax o. t. i. loq̄x ⁊ facūdus ex cibor dr̄ a da/ pes Jnde dapaticus. a. ū. pe. cor. qḋ ⁊ dapti.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

cus inuenit.i.manifeſtus.⁊ apt⁹ ⁊ largus. dā
pſilis mūificus.magnific⁹ Jn̄ daptice aduer-
.i. magnifice ł large dapſiliter vel munificēter

Daps vel dapes dapis.i.epulū .ſ3 dapes no
biliū ſūt.epule priuatoꝝ.vel dapes deoꝝ epu
le hoim.⁊ coꝛ.da. Vn̄ quidā. Nobilitat viles
frons generoſa dapes.

Dapifer a.ū pe.coꝛ.qui fert dapē.

Dapſilis cō.t.⁊ hoc le.i.largus.⁊ p̄cipue ī ci/
bis.et cōpatur. Jnde dapſilitas.i.largitas .et
coꝛ.pſi. Unde dapſilis eſt dapib⁹ alijs rebus
quoq3 largus.

Dardanus pe.coꝛ.filius iouis ⁊ Electre.q̇ pp
ter fratricidiū receſſit de italia: tenuit illa loca
vbi poſtea troia fuit.qui cōgregatis hincinde
ruſticis illoꝝ locoꝝ inſil.ꝑmus actoꝛ troie ex
titit.vn̄ troia dr̄ dardania.⁊ troiani dardanij
et dardanides.a cuius ntō ſingulari ſbtracta
de ſillaba fit hec dardanis.nidis.i.femina tro
iana.

Darius rex chaldeoꝛum.

Data vel datū eſt characterizatio in fine cōſti
tutionū vel litteraꝝ inſcripta ex qua cognoſci
pōt q̄ mēſe ł die inſtr3 vel q̄libet lr̄a emanauit
et a quo tēpe obliget cōſtitutio vel ꝓſit gratia
in ſcriptis facta.vide de hoc Jo.an.in ſi.li.vi
ſuper data

Daticius a.ū.i.facilis ad dādū. Et daticij di
cūtur diticij.ſ.q2 victi vel vincendi tradūt ſe
hoſtibus victoꝛibus.

Datio inſolutū ē datio ꝓ ſolutione et ſatiſfa/
ctione.⁊ ē vna ſpēs cōtractus innoiati.ſ.do vt
facias. Verbigratia. Cū Petrus deberet Jo
anni centū.agitur inter ipſos.vt petrus det ei
in ſolutū.i.pro ſolutione et ſatiſfactione eiuſ/
dem vnam domum.

Datiuus ui pro tercio caſu.a do.das.dr̄.

Dauid interpretatur manu fortis.vel deſide/
rabilis. Dicitur etiā adeodatus.ſ.in regē. Dr̄
etiā filiuſſalt⁹ ł ſaltās.q2 de ſaltu vbi oues pa
ſcebat aſſūptus ē in regē. Etiā dr̄ polymitari⁹
ex genere.q2 mater eius fuit ex genere. Beſele
el qui erat polymitarius .vt pt3 in Exo. Pōt
etiam declinari. Unde Dic dauid dauidis in
declinabile ſi vis.

Dauus ui.m.s.fuit ſeruus Simonis.ſ3 ma/
lus ⁊ fraudulētus.⁊ interpretatur deuius.q2
faciebat Simonē deuiare ł q̄i dās viā Nā ei⁹
cōſilio oīa agebat Pāphil⁹ Uł q̄i dās vana
ſicut faciebat Simōi. Mō aūt ꝑ quolibet ſ̄
uo fraudulento et callido ponitur

Deambulacrū cri.n.s.pe.coꝛ.vbi deābulari
bene poteſt.

Deambulatoꝛiū rij.qđ ꝓp̄e dr̄ lobiū quod fit
iuxta domos ad ſpaciandum

Debilis ꝯ.t.⁊ h̄ le.qđ facile debellat.⁊ dr̄ a de
bello las.vel dr̄ a de et bil qđ ē hūoꝛ coꝛpus
afficiēs.quaſi ꝑ bilē factus fragilis et deoꝛſu3
a viribus. Jn̄ debilitas tatis.

Debitū eſt qđ aliquis alteri ex naturali ł ciui
li obligatione tenetur.

Debitoꝛ ē qui accipit pecuniā a creditoꝛe.

Debitoꝛes ciuitatū ſūt qui tenētur ciuitatib⁹
ſed in actione debiti fiſcus precedit.vt C.co.
ti.l.ij.li.xi.

Deca.i.decē.ſed deca dicūt greci.nos decē

Decas coſte.gētos vnū et idē ſignificāt. A de
ca decas cadis.i.decē. Vn̄ q̄dā. Per decades
centū.ꝑ centum mille redūdat

Decachoꝛdus a.ū.i.decē coꝛdaꝝ

Decalogus gi.m.s.pe.coꝛ.i.decē p̄cepta legis.

Decania f.p.i.ſocietas decē viroꝝ vel digni/
tas decani.

Decaniſſa ſe.f.p.ē vxoꝛ decani vel que decē vi
ros habet ſub ſe.

Decanus ni.m.s.pe.ꝓdu.q̇ decē viros habet
ſub ſe.ſiue in eccia ſiue extra ſ3 Hug. Pap.dr̄

Decani dicti q2 decem militibus preferūtur
vel clericis.

Decapolis lis.i.citas vel regio que decē h3 ci
uitates ſub ſe.⁊ dr̄ a deca qđ ē decem.et polis
qđ ē ciuitas. Et facit gtūs decapolis ł decapo
leos. Vn̄ Marci vij. Jnter medios fines de/
capoleos. Jn̄ decapolitanus dn̄s illi⁹ citatis
vł epūs vel archieps illius citatis

Decem a deca dr̄.et eſt nomen nūerale indecli
omnis generis.

December bris.eſt decimus menſis a primo
mēſe.i.a martio.et dr̄ a decē ⁊ imber.q2 pluuio
ſus eſt et imbribus abūdare ſolet Pōt etiā de
clinari adiectiue hic ⁊ hec decēber ⁊ h̄ bre.⁊ fa/
cit ablatiuus ſingularis.i.⁊ actūs pluralis es
vel is.

Decemocto cōponitur a decē et octo ⁊ ē omnis
generis et indeclinabile.et pluralis numeri.a
quo decimuſoctauus a.um.

Decēpeda de.pe.coꝛ.i.poꝛtica decē pedū. Vn̄
Oratius in odis. Nulla decēpedas metata
poꝛticus

Deceſeptē omnis ge.numeri pluralis indecli.
Jnde decimuſſeptimus a.um.

Decēnal.i.bellū decē ānis geſtū. p̄t eē decliari
adiectiue.h2 hec decēnal ⁊ h̄ le.i.decē annoꝝ.

Decennis.ꝯ.t.et h̄ ne.i.Decē annoꝝ. Jn̄ de/

cēniū nij.ſpaciū decem annoꝝ
Decēnouē oīs ge.indeclinabile.pluralis nūe.
Jn̄ decimuſnonus a.ū.
Decēs.tis.o.t.participiū. et decēs aliqn̄ē no
mē.Et dꝛ decē motu corpis.ſpecōſus ſpecie.
formoſus natura vel forma. Jtē decēs.i.cōpo
ſit⁹.ꝑfectus egregie forme.ꝛ ꝑfecte ꝛ cōpatur
decens tioꝛ.tiſſimus
Decētarius rij.i.ingenioſus.prōptus.parat⁹
vel copioſus.et dꝛ a decem
Decētrix f.t.nauis compta.a decē dicitur
Deceſſus us.ui.i.mors.
Decibilis ꝯ.t.et hoc le.quē decet aliquid ꝉ po
teſt decere.vel quod decet
Deciduus a.um.i.ad cadendū facilis.
Decimula le.f.p.i.parua decima.
Decimus a.ū.et hec decima .me a decē dꝛ. et
nota ꝙ antiqui dicebāt decum⁹ pro decim⁹ et
decumā pro decima.
Decima ſꝫm Hoſtien.ē oīm bonoꝝ mobiliū
licite adq̇ſitoꝝ ps decia.deo data. diuina con
ſtitutione debita.hūanaqꝫ cōſuetudīe appro
bata.de deci.c.i.ꝛ c.parrochianus.c.nō ē c. tua
nobis §.verū.c.cū non ſit ab hoie.
Decimaꝝ tres ſunt ſpēs ſꝫm Hoſtien.in ſum.
Quedā pſonales que debētur ex oꝑe pſonali
vt ex artificio.ſcia.militia.negociatōne. Que
dā p̄diales q̄ puenīūt ex p̄dijs.vt vinū blada
fructus arboꝝ. Tales eni dande ſunt illi ec/
cleſie in cuius parrochia ſita ſūt p̄dia .de deci.
Ad aplice. Etiā iudei tenētur ſoluere decias p̄
diales c.de tris eo ti. Jtē debēt ſolui de diuer/
ſis ſemibus vnius agri.nō tm̄ de vno ſi fuerit
ſucceſſiue ſeiati.c.ex pte canonicoꝝ.eo.ti. Etiā
ciſtercienſes et alij qui ſi nullo gaudēt priui/
legio.dare tenētur decias de terris de nouo ac
quiſitis.licet eas ꝓprijs maibus excolāt c.nu/
eo.ti. Quedā ſūt decime mixte.et pn̄t dici he
de quib⁹ dubitaꝶ vtrū ſint p̄diales vel pſona/
nales.vt de agnis et fetib⁹ alioꝝ aialium que
ſunt in paſcuis ꝛ gregatim paſcūtur
Decipula le.f.p.pe.coꝛ.dꝛ inſtrumētum qđ ad
aliquid decipiendū efficiꝶ.ſicut muſcipula ad
mures capiēdos. Vn̄ decipula pōt eē decep/
tio muſcipꝉa laqus.pedica.ꝛ dꝛ a decipio Vn̄
Job xi. Abſcōdita ē in terra pedica ei⁹.ꝛ deci
pula ei⁹ ſr ſemitā. Jn̄ decipꝉoſus.i.fraudulēt⁹
Declinis nis.ꝯ.t.ꝛ hoc ne.ꝛ declinus a.ū.pe.p
du.in eodē ſenſu.i.deorſuꝫ inclinatus.vꝉ pla
nus.q̄i deorſum a clino. Jn̄ declinitas.
Declinatio f.p.i.inclinatio inflectio.
Declinabilis ꝯ.t.et hoc le.ꝛ declinatus a.um
qđ pōt declinari.vel quod declinatur

Decoloꝛ oꝛis.ꝯ.t.i.ſine coloꝛe.
Decoꝛ oꝛis m.t.i.honoꝛ ꝛ dꝛ a decet ꝛ coꝛ.o.ī
gtō. Vn̄ Danie.xi. Et ſtabit in loco eius viliſ
ſimus ꝛ indign⁹ decoꝛe regio. Jnueniꝶ tn̄ ſꝫm
quoſdam antiq̄s pro honoꝛus ra.rū.adiectie
poſitū. Et ꝯpoitur cū in vel de.ꝛ dꝛ hic ꝛ hec ī
decoꝛ oꝛis.et hic ꝛ hec dedicoꝛ oꝛis.coꝛrepta o
in gtō in eodē ſenſu.ſ.inhonoꝛ⁹ .dedecoꝛoſus
Vn̄ Virgilius. Nō tamē indecoꝛē tua te regi
na reliquit Jn̄ decoꝛus a.ū.me coꝛ.i.honoꝛus
Vel decoꝛus.i.honoꝛus pōt deriuari a decus
oꝛis. Vn̄ Statius theba. Terraꝝ decoꝛa alta
viri decoꝛiqꝫ ingales. Jtē decoꝛ oꝛis ꝓdu.o ī
gtō.i.venuſtas et pꝉcritudo.et dꝛ a decoꝛo ras
Jn̄ decoꝛus a.ū.me ꝓdu.i. pulcer egregius vꝉ
ꝑfecte forme venuſtus. Vn̄ quidam. Ad celi
decoꝛa nos erige virgo decoꝛa.
Decrepitus a.ū.i.valde ſenex.quaſi iā deorſuꝫ
a crepoꝛe.qꝛ iā deſierit crepare.i.ſonare.ſ.apte
loqui vel ꝓlationem exprimere.
Decretiſta.ſte.ꝯ.t.qui ſtudet in decretis
Decretus a.ū.et hoc decretū ti.ſtatutū patrum
definitū iudiciū. Jn̄ hic et hec decretalꝭ.ꝛ h̄ le.
vt iſta dicta ſunt decretalia.i.que ī decretis ꝯti
nētur. Et pꝉaliꝭ hec decreta libꝭ ī quo ꝯtinētur
decreta. Jnuenituꝛ etiā decretalꝭ ſubſtātiue.vt ī
tali decretali dꝛ. Jteꝫ decretus a.ū. inuenitur a
decreſco is.decreui.et poteſt ibi eſſe augmenta/
tiuum vel priuatiuum Et decretuꝫ eſt ſupinū
duoꝝ verboꝝ.ſ.decreſco ꝛ decerno.et decreui ē
eoꝝ preteritum
Decretū ſꝫm Spe.dꝛ multis mōis.qn̄ꝫ dꝛ ſē
tētia diffinitiua.vt ff. de re.iudi.l. decreta vel
interlocutoꝛia.ff.de aſſeſ.l.i.in fi. Qn̄ꝫ id qđ
papa cōſtituit ſeu ſtatuit de cōſilio cardinaliū.
nulla facta cōſultatione. Et nūc in ſcriptis re/
digiꝶ.vt de reſcꝑ.pn̄ti. Qn̄ꝫ dꝛ cōſenſus eligē
tiū in ſcriptis redactus.vt ij.q.i. legū de elec.
innotuit. Qn̄qꝫ eſt illud qđ capitulū vel oꝛdo
ſiue vniuerſitas vel maioꝛ ps oꝛdinauit.vt ff.
ꝙ cuiuſ.vni.no.l.plane. Qn̄ꝫ ē iudicis auto/
ritas in alienatiōibus rerū p̄cipue minoꝝ īter
poſita.vt C.de predi.minoꝛum l. interpoſita.
Qn̄ꝫ dꝛ autoꝛitas ꝓncipis ī reſcriptis benefi
cialibus interpoſitā.vt de reſcriptꝭ. gr̄a li.vi.
Et ſꝫm Azo.illud decretū ē ꝯfirmatoꝛiū gratie
qꝛ ex hoc princeps inſinuat ſuā voluntatem
que ſeruanda eſt.etiā ſꝫm eū ligat ignoꝛātes.
Eſt etiā quoddā decretū decurionū qđ in mul
tos ſuꝑ muneribus rerū tribui poteſt. exceptꝭ
qui liberaliū ſtudioꝝ laboꝛibus inſunt. et q̄
medendi cā funguntur. C.de decre.decurio.l ex
ceptis li.x. Qn̄qꝫ decretum eſt iuſſus iudicis



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

quo mādat bona alicuiꝰ ꝓpter eiꝰ cōtumatiaꝫ

Decretalis ſm Hoſtiē. in ſum. Xpoſſideri
eſt epl'a in qua papa ad cōſultationē alicuiꝰ
rn̄det de reſcp. c. i. ſiue ſolus. ſiue de cōſilio fra/
trū. vt de elec. c. bone memorie pº. Vn̄ decretū
ſtatuit decretaliſqꝫ reſpōdet. Sed canō eſt cō
ſtitutio eccleſiaſtica vel ſtatutū in cōſilio gene
rali editum

Decubie arū. i. vigilie. vel qđ vulgo dr palee
mulieris. Vn̄ dr. Hec iacet in decubijs.

Decumanus. ni. m. s. i. maximus limes inter
agros. qui ab oriente in occidētē ꝑ tranſuerſū
dirigit. qui qꝛ formā decē efficit. decumanus
eſt appellatꝰ. Ager enī bene diuiſus figurā de
narij numeri efficit. Nā cardo dr alius limes
in agris. qui a ſeptētrione directus eſt. et dr a
cardine celi. qꝛ ibi celū voluitur.

Decurio. i. de curia electus. vel potius de curia
exn̄s. In eodē ſenſu inuenitur hic decuries rꝫ.
et hic decudes dis. Inueniūtur etiā hec noīa i
alia ſigtione. ſ. ꝓ eo q̇ decimā ptē de bonis du
cit. vel qui ē ſup decē milites cōſtitutus i cu/
ria dn̄oꝝ l' principū ſicut centurio ſup centū.
Vn̄. Centurio cētū. bis quinqꝫ decurio ducit.
Alij dicūt ꝙ decuriōes appellati ſūt ex eo. ꝙ
cū citates et mancipia cōſtruebātur cuiuſqꝫ lo
ci. gr̄a conſilij decima pars hoīm pia collige/
bāt. vt ff. et de ꝟ. ſigni ſi pupillus. Vel dicūt
decuriones ex eo ꝙ cū colonie ducerētur. decia
pars coꝝ qui ducebātur conſilium publicum
conſtituebant

Decus hn̄s correptā oris in gtō. i. honor l' ve
neratio. Et ſm Pap. ē gl'e. ſed decor oris. ē for
me. et a decus ꝑ cōpoſitionē dr dedecꝰ. oris.
vitupatio q̇ fit ꝯ decus. Vn̄ Augꝰ. Nunqꝫ eſt
dedecus culpe ſine decore iuſticie Jn̄ dedecoro
ſus a. ū. i. vicio plenus impudibūdus.

Dedalus li. pe. cor. dr a dedalon qđ interpre
taꝛ doctus. dr quidā fuit valde doctus ⁊ inge
nioſus artifex. Jnde quilibet ingenioſus arti
fex poteſt dici dedalus.

Dedicatio onis. f. t. i. conſecratio tēpli. vel con
ſummatio. a dedico as. i. ſacro

Deditio onis. f. t. dr traditio aut redditio qua
quis ſe reddit victū vl' vincendū hoſtibꝰ vi/
centibꝰ et dr a verbo dedo. is. qđ ē victū redde
re. Jn̄ deditius a. ū. qui ſic ſe tradit. Itē dedi
tius dr etiā qui de ſua ꝓuincia ad aliā ſe tradi
dit Pap. vero dt Deditij a deditiōe dicti q̄n
dam dum aduerſum populū romanū ſerui ar
ma ſumpſiſſent. cōprehēſi ſtigmatibꝰ affecti ſi
ex his poſt manumiſſionē ꝓpter ſuppliciorūꝫ
notas ad dignitatē ciuiū romanoꝝ non per/
uenerunt.

Deductio ē defalcatio vel ſeparatioqꝛ deduce
re ſeperare dicitur.

Defecatus a. ū. pe. ꝓdu. i. ſine fece. vel ſine ſor
dibus vel purus.

Defenſor ſoris. i. actor patrouus. vel dr ille q̄
ſine mādato cautōe preſtita de iudicato ſolui
aliū defendit. vel eiꝰ defenſiōi ſe offert. vt ff. de
ꝓcura. l. ſi procurator. §. fi.

Defenſaculū li. n. s. i. defuſio l' id qđ defendit

Defluus a. ū. qđ cito diſcurrit. a defluo.

Defluuum flui. n. s. i. diſcurſio.

Deformis ꝯ. t. ⁊ hoc me. i. turpis. q̄i deorſum
a forma. ſ. pulcra. Itē deformis. i. vltra modū
magnus. q̄i deorſum a forma. ſ. iuſta. Et ſm
Pa. Deformis cui deeſt forma ⁊ ſpectat ad cor
pus. Turpe aūt ad crimē vel ad aīm refertur.

Defreſus a. ū. i. detritus. decuſſus a frēdeo.

Defūctus a. ū. i. mortuus. et dr a defūgor. ge
ris. i. deorſum a functiōe eē. qꝛ deorſuꝫ eſt a fū
ctione vite. Itē quondā functi dicebaꝛ q̄ddā
genus ciuiū qui fungebātur officio ⁊ honore
aliquo Jn̄ defūctos mortuos dicimus. qui cō
pleuerūt vite officia Nihil enī iā faciunt. Jn̄
defunctō. onis. i. mors Itē defunctio etiā idē
eſt qđ a debito liberatio. et defunctꝰ. i. libeātꝰ

Degener. ꝯ. g. decli. ſꝫ oīs conſtructiōe eſt qui
deorſuꝫ ē a genere ⁊ nobilitate. i. īdecor. ⁊ cor
ri. pe. gti. Vn̄ Lucanus in vi. Degeneres trepi
dāt ai peioraqꝫ verſant. Pa. vero di. Degener
qui ex nobili genere naſcitur ⁊ inhoneſte viuit

Degener ignobil' genere. ſuo generi diſſilis

Degina grece. latine morſus.

Degulator. i. gule deditus.

Dehiſcens. o. t. i. apertum hiatum diffuſū ha
bens valde hiſcens.

Deicida ꝯ. p. pe. cor. qui deum occidit.

Deicola ꝯ. p. pe. cor. qui deū colit

Delator orꝫ. i. accuſator. ⁊ dr a defero fers qđ
ē accuſare. Vn̄ ij. macha. iiij. Simon āt ꝓdi/
ctus pecuniaꝝ et patrie delator. i. accuſator. et
vt Pa. di. Delator accuſator eo ꝙ detegit qđ
latebat. aut facultates ꝓdit alienas

Delatura rc. dr accuſatio l' ꝓdicō detractō l' de

Delatꝰ. i. de vno loco ad aliū latꝰ. portacō
vel deorſum latus. accuſatus.

Delbora interp̄taꝛ apex vl' loquax ⁊ cor. pe. vn̄
Aurora. Hic ſubijt mortē rebecce delbora nutx

Delectus. us ui. i. electio facta ex multis. ⁊ de
lectus a. ū. adiectiue. i. electus ex multis

Delegatꝰ ē cui cā cōmittiꝛ terminā da l' exequē
da vices delegātis rep̄ntās ⁊ in iuriſdictione
nihil propriū habēs. vt ff. de officio eius cui

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

man.eſt iur.l.i.in fi.⁊.l iij.de offi.dele. Uel de
legat⁹ eſt is cui a ſummo pōtifice vł ordinario
vel delegat pncipis cauſa ꝯmittiṫ. Jn̄ ſubdele
gatus qui dr̄ reſpectu delegati
Deletus.a.ū.pe.pro.i.deſtructus.
Delibatio.onis.f.t.i.deguſtatio.imolatio. Et
ſm hāc ſignificatōez dr̄ ad Ro.xi. Si deliba
tio eſt facta ⁊ maſſa. Delibatio etiā accipiṫ ibi
ꝓ particula vel portione ad ſimilitudinē ei⁹ q̄
paꝝ cōtingit vel deguſtat de re vt habeat expe
rientiam totius.
Delibatus a.ū.i.deguſtatus
Deliberatio eſt ꝓuida cauſe circūſpectio cum
qua rō totū agit.⁊ furor ſibi nō vendicat.xi.
q.iij.illa prepoſitoꝝ.et.c.ſe.
Delibutus a.ū.q̄ſi oleo vel liq̄re inunctus.vł
vt dicit Pap. Delibut⁹.ꝑfuſus bn̄unct⁹.ꝯtra
ctus delicatus.oleo vnctus
Delicatus a.ū.i.delicijs aſſuetus.inſolens an
guſtiarum ⁊ dolorum.
Delitie.aꝝ.f.p.dicūtur a delecto.q2 delectant
vel dicūtur delitie.q2 inde delectātur homiēs
Jn̄ delitioſus a.um.id eſt plen⁹ delicijs. Jn
de delicioſitas
Delictū.ti s.eſt.qn̄ quis dimittit illud qđ ab
ipo debet fieri.⁊ dr̄ a delinquo quis.q̄ſi dere
lictū.q2 derelinquit officiū ſuum. Et eſt deli
ctū i omiſſiōe ſcꝫ qn̄ nōˡ ipletur dei mādatuꝫ.
Peccatū vero in cōmiſſione fit qn̄ ſcꝫ ꝓhibi
tum fit.ſꝫ tn̄ vnū ꝓ altero accipitur
Delinimētū ti.i.placatio.dulcedo. blādimen
tū.⁊ cōponiṫ vt delinificus a.ū.i.callidus.et
cōſultator.vel blandiloquus.
Deliquium.quij.deliquatio.i.decurſio diſtil
lamen.defectus.
Deliquus qua.quū.i.defluus.pur⁹ ł liquid⁹.
Deliramētū ti.n.s.i.fatuitas.demētia.diſcor
dia vel deuiatio a rectitudine
Delirus a.ū.me.cor.idē eſt qđ diſcors.ſed in
alijs ſignificatiōibus ꝓducit li.⁊ idē eſt ꝙ fatu
us inſanus inſipiēs inſulſus ſtolid⁹.⁊ dr̄ a de
et lira. Un̄. Reddūt deliꝝ femīa vina viꝝ
Delos interp̄taṫ manifeſtatio. Un̄ quedā in
ſula dicta eſt delos.et o cōuerſa in u dr̄ hic de
lus.li.q2 apollinis reſpōſa q̄ alibi dabātur ob
ſcura.ibi dabātur manifeſta.vel q2 poſt dilu
uiū qđ Ego pci tpe fuit ante oēs terras radijs
ſolis illūinata eſt.et prima manifeſta eſt viſi
bus.et inde dicta eſt delos.et ciuitas ⁊ inſula
Et hoc fuit rei veritas.licet ſm fabulas aliṫ di
catur. Jnde delius.lia.liū.et hic delus delij.
id eſt Apollo.et hec delia.i.diana.vel quia ibi
colūtur vel quia ibi nati ſunt.

Delphin inis.vł delphinos ⁊ etiā delphinus
ni quidā piſcis marin⁹ qui voces hoim ſeq̄tur
Uel q2 ſymphoniā gregatim faciunt.a phone
qđ eſt ſonus. Et ꝑ.phi. Un̄ Ouidi⁹ in ep̄lis
Jā noſtras curui norunt delphines amores.
Delubꝝ bri.pe.cor.dr̄ templū.et dr̄ a delēdo
q̄ſi delens vmbrā.q2 in ſacris tēplis delētur
vmbre pctōꝝ. Jtē delubra dicūṫ tēpla ſacros
fontes habentia in quibus pctōres diluunṫ ſi
ue abluūtur et regenerātur ꝑ baptiſmum.
Delūbis.ꝯ.t.et hoc be.i.debilis.q̄ſi deorſum.
a lumbo.i.fortitudine
Demarchus.chi.i.princeps ſuper decem.
Demas.i.ornans
Demens.o.t.i.amens.inſanus.quaſi deorſuꝫ
a mente. Jnde dementia.i.amentia. Demens
eſt temporalis.amens vero perpetuus
Demēſum.i.inciſū.ſectū.defectū.vł mēſuratū
Demō onis.interp̄tatur ſciens vel peritus Jn̄
hoc demonium.nij.illud idē ſcꝫ malus ſpiri
tus. Et demonicus.a.ū.i.a demone poſſeſſus.
Et a demeniū demoniacus.a.ū.idē. Jtē demō
ꝯponiṫ cū cacos qđ eſt malum ⁊ colo qđ eſt bo
nū.⁊ dr̄ cacodemon ⁊ calodemon. Et ſunt ca
codemones mali angeli quaſi mali ſcientes vł
malum ſcientes.
Calodemones boni angeli quaſi boni vel bo
num ſcientes.
Demonſtratio eſt rei ſubiecte oculis vel qua
ſi ſubiecte oculis vel intellectui rep̄ntatio. Jn̄
hic ⁊ hec demōſtrabilis ⁊ hoc le.⁊ demonſtra
torius a.ū.⁊ demonſtratiuus a.ū.qđ demon
ſtrat vel qđ demonſtratur.
Demulus a.um.pe.cor.i.emul⁹.⁊ dr̄ a demu
lor.⁊ ꝓprie demul⁹ eſt eiuſdē artis emulator.
Denarius a.um.⁊ hic denari⁹ rij.ꝓ tali nume
ro.⁊ ꝓ numini q̄dā genere.q2 decem numinis
olim imputabaṫ.⁊ penſat ſiliq̄s decē octo. Jn̄
denariolus li.i.paruus denarius.
Denominatiuū nomē eſt illud qđ a noīe de
riuatur.vt iuſticia ab hoc noīe iuſtus.
Denūciatio eſt crimīs alicui⁹ apđ iudicē ſine
inſcriptōe legitima facta delatio ad pn̄iaꝫ agē
dā ł aliā legitimā pena iponēdā.ł ec ad vtrūqꝫ
Dens tiſ.m.t.dr̄ a demo mis.eo ꝙ auferūt om
niū dentes.vel dicuntur quaſi decētes.q2 pul
cri decent.ſicut deformes dedecēt. vel dicunṫ
quaſi diuidentes cibos.vel greci dicunt oden
tes.et inde nos dicimus dentes.quorum pri
mi inciſiui vel preciſores dicūtur.quia omne
quod accipitur ipi prius incidūt. Sequentes
canini vocātur.quorū duo in dextera maxilla
⁊ duo in ſiniſtra ſunt ſic dicti.quia ſicut canis

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſpſis oſſa cōfringit. ſic et hō. et qđ nō pñt prio
res pſcindere illos tradūt vt confringant. Hi
pro longitudine et rotūditate colūnelli vocā/
tur. Ultimi dicūtur molares q̇ cōtrita et cōci/
ſa a p̄oribus et ꝯfracta a ſequētibus ſuſcipiūt.
vt molant et maſticent. Et ſunt plures dētes
in viris q̄ʒ in mulieribus
Denſetus a. ū. i. denſus vel ſpiſſus. ſcʒ per ſe li
cet. aliquando inueniatur pro denſato ſed dē
ſatum ab aliquo.
Dentana ne. f. p. ferꝝ vñ medici dentes tollūt
Dentale lis. n. t. dicitur illud in quod induci
tur vomer quaſi dens
Dentatus a. ū. qui dentes habet. vel qui ma/
gnos dentes habet.
Denticulus. li. dimi. i. paruus dens
Denter eſt nauis ab anteriori parte ad modū
dentis acuta
Dentoſus a. ū. i. dentibus plenus
Dentrix eſt genus piſciū. pre magnitudine et
granditate dentiū ſic dictum.
Denus a. ū. in ſingulari tm̄ valet quātū ſuum
primitiuū. In plˀali accipit diſtributiue p pa
res numeros. vt iſti incedūt deni. i. decē ꝛ decē
Depigis. ꝯ. t. ꝛ hoc ge. pe. pro. i. ſine narib9. et
dr̄ a de ꝛ piga. qđ eſt ſummitas narium.
Depontan9 ni. m. s. qui ad tam grauē deuenit
etatē ꝛ vitā vt magis ꝓſit ei de ponte ſe ꝓijce
re q̄ʒ viuere. quod etiam faciebant in aliquib9
prouincijs
Deportatio dr̄ in iure exiliū ꝑpetuū.
Depoſitū ti. n. s. eſt pign9 ad tēpus ꝯmēdatuʒ
Item depoſitū traditum vel cōmendatū cauſa
cuſtodie cōmiſſum.
Depoſitarius eſt apđ quē res aliq̄ deponit cu
ſtodienda Et differt a ſequeſtro. qꝛ depoſitari9
ad hoc p̄ciſe tenet vt depoſitoriū reſtituat. Te
netur etiā maximā diligētiā adhibere. Sʒ ſe/
queſter neutri litigantiū tenetur p̄ciſe rē reſti/
tuere. ſed indeterminate illi qui vicerit.
Depubis. cō. t. ꝛ hoc be. pe. p. i. deorſum a pu/
be. i. a barba. Uñ ꝛ depubis dr̄ porc9 ſugēs q̄i
deorſuʒ a ſetis. Et hic ꝛ hec ipubes ꝛ hoc be. i.
imberbis ſine pube qui nōdū habet pubem
Derelictum dr̄ illud qđ caret poſſeſſore. vl' qđ
in nulli9 eſt poſſeſſiōe. vt Inſti. de re. diui §. h
amplius. circa finem.
Deriſus. a. ū. id eſt deluſus. et hic deriſus. us.
ui. id eſt deriſio.
Deſertores dicūtur clerici qui proprie eccleſie
miſtris deſtituti ad aliā vitio fuge ſe trāſferūt.
vt. xxi. q. ij. placuit. Sed ſm leges deſertores
dicūt milites vitio fuge ſuā militiā deſerētes
vt. C. e. ti. l. i. ꝛ. ij. li. xij.
Deſertū. ti. n. s. i. derelictū. dictū ſic qꝛ nō ſeri/
tur. vel pōt dici deſertū. qꝛ deſeritur. i. ab homi
nibus non habitatur.
Deſes. dis. cō. t. i. piger remiſſus. Jñ deſidia. i.
pigritia. et deſidioſus. a. ū.
Deſiderius rij. vtō o deſideri. ꝓpriū nomē vi/
ri de quo dicit Hieronim9 in ꝓlogo pentateu/
ci. Nūc te p̄cor. Deſideri chariſſime.
Deſideriū. rij. i. cupiditas. et ꝓprie celeſtiū. In
de deſiderioſus. a. ū.
Deſolatus. i. de ſolo eiectus. inops. deiectus.
Deſpectio. onis. i. refutatio.
Deſpectus. us. ui. idem eſt qđ deſpectio. ſʒ de
ſpectus. a. um. i. refutatus
Detonſus. a. ū. i. non tonſus.
Detractio vel detrectio. eſt alioꝝ bona opa in
malū malicioſe verſio. vel detractio eſt reuela/
tio defectus abſentis ꝓximi. facta alicui vt ip/
ſum in bono minorem eſtimet.
Detrimentū. ti. n. s. i. dānū. iactura. diminutio.
Detruſus. a. ū. pe. ꝓdu. i. incluſus. expulſus.
Deuex9. a. ū. i. inclinat9. incuruat9. i. rotūdū ver
ſus q̄ſi deuerſ9 ꝛ dr̄ a deuerto. tis. Ul' dr̄ a deue
ho. qꝛ vndiq̄ʒ deorſuʒ vehitur. Jñ deuexitas ta
tis. Et nota q̄ celū ꝓprie dr̄ ꝯuexum vel deue/
xum vel ſi quid aliud ita ſit factum.
Deui9. a. ū. i. inui9. vel aui9. ſ. loca ſecreta ex vi
am a via remota. vide ſupra in auia.
Dex9. i. decē vncie. vel qđ meli9 ē vndecim vn/
cie. q̄ſi vncia dēpta de aſſe Uñ Perſius Per/
gant auidos ſudare deunces.
Deus. dr̄ a greco theos qđ ſig̃t metū. et iñ mu
tata. o. i. v. ꝛ. d. poſita p th. dr̄ deus. qꝛ timor ē
oib9 reb9 colētib9 eū. l' dr̄ a do. das. qꝛ dat oīa
cōmodo oib9. vel a diligo. qꝛ oīa diligit. ꝛ ni/
hil odit eoꝝ que fecit. vl' dr̄ a deſum des. p cō/
trariū eo q̄ nihil ei deſit. Itē de9 ſumit triplicit
p̄mo mō eſſentialiter et ſic eſt vn9 deus et ſic ca
ret plˀi numero. ſc̄do mō vnitatiue vel adoptiue
ſic ꝯpetit hoib9. qui diuine bonitatis ſunt ptici/
pes. p grāʒ vt ſci. de quib9 dr̄. Ego dixi dij eſtiſ
ꝓpter hoc in Exo. ponit dijs p ſacerdotibus.
tercio ponitur nūcupatiue. vt antiqui et gēti/
les arbores ꝛ multa aīalia appellabant deos. ꝛ
in his duobus ſig̃tis habet plˀem numerū.
Deuterogamia. i. ſc̄da gamos. ſ. ſc̄de nuptie. et
dr̄ a deuteron et gamos qđ eſt vxor. Eedē di/
cūt diagamia ꝛ bigamia. Deuterō grece dicit
ſc̄dm latie. ꝛ nomō vl' nomos lex. Uñ q̄dā lib
dictus ē deuteronomiū. mij. i. ſc̄da lex. qꝛ repli
cat ea que dicta ſunt. ita tm̄ q̄ videtur noua lex
et eſt prefiguratio euangelij. Inuenitur etiam

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Deuteronomi⁹. Uñ in Aurora ꝺꝛ. Hoc noīe
deutronomius lex eſſe ſcđa.
Deuterоſ ſis.f.t.i.nouitas. ⁊ ꝺꝛ a deuteron
Dextera re. qđ ꝑ ſincopam ꝺꝛ dextra tre. dicit
a do das. quia ipſa pignus pacis ⁊ teſtis fidei
ſolet dari. vel quia ea damus. Et a dextera ꝺꝛ
dexter tra. trũ. i. ex dextera ꝑte exiſtens vl' bon⁹
ꝓpitius. proſper.
Dextralia ornamẽta q̄dã q̄ ſunt cõia viris ⁊ fe
mis larga ⁊ ampla. ⁊ añ manicas portant ⁊ iũ
gunt vno clauo. ⁊ dicũtur a dextera.
Dextralis ꝯ.t. et hoc le. i. ad dextrã ꝑtinẽs Uñ
dextralis ꝺꝛ ſecuris. i. dextre habilis
Dextrarius. rij. i. equus a dextra. qꝛ per dextrã
ducitur.
Dextrocheriũ. rij. ornamẽtũ dextre. quaſi dex
trochirium. a dextra ⁊ chiros quod ē manus ⁊
eſt torquis aureus.

## D ante I

Dia vel potius dyo apđ grecos pl'es hȝ ſigni
ficatões. Scđm em̃ ꝙ ſcribit ꝑ y grecũ nomẽ
eſt ⁊ ſignat tm̃ quãtũ duo. Cũ ỽo ꝑ i nr̃m ſcri
bitur valet tãtum quãtum de. vñ. Scribe per
y grecũ dyo duo ſignificabit. Scribe ꝑ i ſim/
plex de tibi ſigbificabit
Diabolaris ris.f.t.i. mẽtrix. a dia. i. duo ⁊ obo
lus qđ eſt medalia quaſi duob⁹ obolis empta
⁊ p̄t ſepe haberi pro duobus obulis
Diabolatorius rij. qui pro ope ſuo duos obo
los promeretur
Diabol⁹. li. m. s. ꝺꝛ a dia qđ eſt duo ⁊ bol⁹ q̄ſi
duplex morſellus. mordet em̃ aiaȝ ⁊ corp⁹. vl'
diabolus ꝺꝛ hebrayce deorſuȝ fluẽs qꝛ ſupbie
põdere deorſum corruẽs cecidit. ſȝ grece ꝺꝛ cri
minator qꝛ crimia in q̄ ipe illicit ad deũ refert.
vel qꝛ electoꝝ innocẽtiã crimib⁹ victis accu/
ſat. Iñ diabolicus. a. ũ.
Diacones. grece latine miſtri dicũtur. qꝛ ſicut
in ſacerdote cõſecratio. ita i diacono miſtri diſ
penſatio habetur Et declinatur hic diacon⁹ ni.
⁊ hic diacon. vl' diacones nis. Iñ diaconat⁹
us. ui. i. officiũ vel ordo diaconi. Et cõponit
cũ ſub. vel hypo vel archos. ⁊ ꝺꝛ ſubdiaconus
hypodiaconus. archidiaconus
Diadema. tis. n. t. i. regia corona. a dia qđ eſt
duo ⁊ demo is. qꝛ duo demit ſcȝ ꝑncipiũ ⁊ finẽ
⁊ differt a ſerto ⁊ corona. qꝛ ſertũ eſt qđ fit de
floribus inſertis. Corona ꝺꝛ quilibȝ circulus
capitꝭ de q̄cunqȝ metallo. Diadema ỽo tm̃ de
auro ⁊ lapidib⁹ precioſis. Uel diadema dicit
a dia qđ ē duo ⁊ demas qđ eſt ornãs. qꝛ vtrã
ꝗ ꝑtẽ capitꝭ ornat. Uel ꝺꝛ a dia qđ eſt de ⁊ de
mos qđ eſt ꝯiungere vel ligare. qꝛ tale ornam̃
tũ in circũactis extremitatib⁹ retro aſtringitur
et poſtea ligatur. Et eſt regũ ⁊ matronaꝝ orna
mentũ. Uñ Uirgili⁹. Eſt ſertũ clericꝫ corona
poete Laurea. rex geſtat diadema l' induperator
Diaforeſis eſt dubitatio. vt eloquar an ſileam
⁊ dicitur a dia quod eſt duo et foreſis quod ē
locutio.
Dialectica. ce. f. p. ꝺꝛ a dia qđ eſt duo ⁊ logos
ſermo q̄i dual' ſmo. qꝛ dialectica diſputatõ to
ta verſat ⁊ finit int duos. ſ. opponẽtẽ et rñdẽ
tem. vl' ꝺꝛ a dia qđ eſt de et lectos qđ eſt dictõ
qꝛ in ea diſputat de dictis
Dialis. ꝯ. t. ⁊ hoc le. ꝺꝛ a dies. vt dialis cibus
id eſt quotidianus. Inde dictus eſt dialis ſa/
cerdos Iouis.
Dialiton fit ſm donatũ qñ ſine cõiunctioni/
bus pũctatim ꝓferũt dictões. vt Ite ferte cito
ferrum dat tela. impellite remos.
Dialogus. gi. pe. cor. i. dualis ſermo. ſcȝ q̄ ver
ſatur inter duos
Diamas mantis. m. t. lapis eſt precioſus illi⁹
nature ꝙ reddit hominem gratioſum. Etiã di
citur vir diligens vel habẽs duas vxores. vñ
Eſt diamas coniunx geminus. diamas lapis
extat.
Diameꝫ tri. n. s. vel hec diametr⁹ tri. vel dia
metros. et in maſ. ge. inuenitur diameter tri. i.
recta linea ꝑ centꝝ ducta in duas equales par
tes circulum diuidens. et cor. pe.
Dian grece latine ꝺꝛ lux vel claritas.
Diameron grece neutri ge. eſt genus liquoris.
medicinalis a ſuco mori dictum ex quo con/
ficitur.
Diana eſt dea venationis et ponitur pro luna
Hanc greci ſm fabulas ſororẽ appollinis ve/
natricem dicũt. et arcum habuiſſe cum phare/
tra et eam errare in montibus ſolam cum cani
bus vt capet ceruũ vl' caprã. ⁊ ꝺꝛ quaſi duana
qꝛ ipſa eſt luna. ac luna die et nocte apparet.
Ipa eſt et lucina eo ꝙ luceat vel quia lucẽ pre/
bet naſcẽtibus. Eadem et triuia qꝛ tres habet
vias. i. ꝑtãtes. Uñ et tribus fingitur figuris. ē
em̃ diana in ſiluis. luna in celo. et proſerpina
in inferno ſm poetas
Diapaſon muſice artis ſymphonia. conſtans
ex quinqȝ tonis et duobus ſemitonijs. habet
enim octo voces.
Diapẽte ſymphonia que ꝯſtat ex tribus tonis
et ſemitonio. habet aũt quinqȝ voces
Diaphonia. i. diſſonantia vocum.
Diapſalma me. fe. p. i. diuiſio pſalmi. et volũt
quidã hoc eſſe hebreum et ſignat ꝙ illa quib⁹

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

interponit ſempiterna eſſe ꝯfirmat. Alij vo/
lūt eſſe grecū ⁊ ſignat interuallum pſallēdi. vt
pſalma ſit qđ pſallit. diapſalma ꝟo interpoſi/
tū in pſallēdo ſilētiū. Et ſic ſympſalma dr̄ vo
cis copulatio incātādo. ita diapſalma diſiū/
ctio eiꝰ. vbi quedā reges diſtricte ꝯtinuatōis
oſtendit. ſ. pauſatio. Vn̄ dicit Caſſiodorꝰ. Eſt
diapſalma ſermonū rupta cōtinuatio. docens
vbicūqꝫ repertū fuerit pſonaꝝ fieri mutationē
Hieronimus tn̄ ꝯfirmat diapſalma cōtinua/
tionem eſſe ſpiritusſancti
Diaptotus a. ū. vel diptotus a. ū. ſ. nomen qđ
in vno numero ⁊ in vno genere habet tantum
duas terminationes in diuerſis caſibus vt ta
bi tabo.
Diaria rie. f. p. iugis ventris curſus ſine vomi/
tu. ⁊ dr̄ a dies Itē a dies dr̄ diariū. rij. i. cibꝰ
vniꝰ diei vel pciū. Vn̄ Oratiꝰ. Cū ſeruis vr/
bana diaria rodere mauis.
Dias dis. f. t. i. binarius
Diaſcholi vł diaſcholes dicūtur iaſij. i. dicta
tores vł diſtinctores legis. hoc eſt publice ra/
tionis ⁊ ſm hoc accipit in glo. đ tabu. ſcrip. vł
pic. C. li. xi.
Diaſinthactica vel diaſinthetica dr̄ illa pars
gramatice vbi agit de ꝯſtructōe Vn̄ diaſintha/
cticꝰ. a. ū. i. de cōſtructōe tractans
Diaſirtos eſt figura locutōis in theologia fa/
miliaris. qn̄ aliq vox vel dictio ad duo trahit
vt Nequādo rapiat vt leo aīaꝫ meā. ſ. ille qui
eſt leo vel leo nō rapiat
Diaſtaſis dicit diſſenſio animoꝝ. quod qui/
dam ſeditionem vocant
Diaſtole eſt cū dictio breuis vnū tp̄s habeat.
mittit illā in duo tpa pducēdo ⁊ dr̄ a dia qđ
eſt diuiſio vel diuidēs. ⁊ ſtolus qđ eſt miſſio.
Diateſſeron. ſymphōia q̄ ꝯſtat ex duobꝰ tonis
⁊ ſemitonio. ⁊ habet quatuor ſonos.
Diatoniū dr̄ genus modoꝝ in muſica
Diatonius. i. media diuiſio vel eſt luna cū eſt
in partes diuiſa
Dibellum li. i. ſecūdum bellum
Dica ce. f. p. i. tabula vel cautio vel charta p/
prie vbi ꝯtinet ſumma debiti ⁊ noīa debitoꝝ
vel debentiū. ⁊ ponit p qualibꝫ pte charte
Dicacitas tatis. f. t. breuis ⁊ acuta dictio ad ho
minū riſus. vel immoderata vł multa locutō
Dicaculꝰ la. lū. i. aliquātulū dicax. Vn̄ Plau
tus. Dicacula inq̄t eſt meretrix.
Dicax ois. t. i. facetꝰ. vrbanꝰ. vel q̄ verbis bene
loq̄tur. vel qui imoderate vel multū loquitur
In̄ dicacitas tatis. ⁊ cor. i añ c. ſicut veridicus
maledicus.

Dicteriū. rij. eſt iocoſe verbum dictū.
Dicolos. vide. ſupra in colon.
Dictator. oris. m. t. qui dictat. Vn̄ dictatores
olim dicti fuerunt qui ſummū magiſteriū ge/
rebant. q̄ꝝ erat in minoribꝰ cauſ ſnias ferre.
ſeu dictare. vt. ff. de ori. iu. l. ij. Et pplō dicūtur
auctores q̄ꝝ creati fuerunt tres a romanis pꝰ
ceſarē. In̄ dictatura re. coꝝ dignitas vł honor
Dicio. onis. f. t. i. poteſtas. ꝯditio. impiū. ⁊ dr̄
a dico cis. et debet ſcribi p ſolā. c. ⁊ ntūs. eiꝰ ra
ro. eſt in vſu. Vn̄ in Judith. dr̄. In ditōe tua
dn̄e ſunt cūcta poſita. Sed dictio onis. p. ct. ē
ps quelibꝫ orationis Et dr̄ a dico. cis. eo q̄ di
cat aliq̄d. i. ſignificet. vel intelligi faciat.
Didaſcalꝰ grece. latine dr̄ magiſter ſiue doctor
In̄ hic didaſcalatus. tus. tui. i. magiſtratꝰ. Et
didaſcalicus. ca. cum. i. magiſtralis. ſiue doctri
nalis. Vn̄ genꝰ quoddā loquēdi diſcipulū ad
magiſtrū dr̄ didaſcalicū. quo Boetiꝰ vtit i li
bro. de conſolatione phie.
Didymus. pe. cor. grece. dubius latine. Tho
mas aplꝰs dictus eſt didymꝰ. quia diu heſi/
tauit in fide.
Didrachma. me. i. due drachme vel menſure.
Unde Mathei. xvij. Magiſter veſter nō ſol
uit didrachmā. ⁊ debet ſcribi per. ch. nō p. g.
Diemeron grece. dicitur biduū latine. et dr̄ a
dyo qđ eſt duo : et emeras. qđ eſt dies.
Dienniū. nij. i. duoꝝ annoꝝ.
Directus. cti. i. malus dies dictus ſic p ꝯtrari
um. et dr̄ a dies. et erectus.
Dieresis eſt diuiſio ſyllabe vnius in duas fa/
cta. vt apud Ouidiū Tercia poſt alium ſuc/
ceſſit enea proles.
Dies. ei. a dian dr̄. q2 clarus ſit. vel dr̄ a diis.
quia eorū nominibus dies appellatur. q2 nomi
nibus planetarū quos quidā deos reputaue/
runt Semp enī dies ſumit nomen ab illa pla
neta. qui in illo die habet primā horā. Unde
quia ſol habet primam horā. in die dn̄ico. di/
ctus eſt dies ſolis vel dies dn̄icꝰ. quia ſol ma/
ior eſt et quaſi dn̄icus inter planetas ⁊ ſic de a
lijs et eſt incerti generis in ſingulari dies. ſꝫ in
in plurali eſt. g. m. Et nota q̄ quidā dies dicit
naturalis. quidā artificialis. Dies artificialis
eſt claritas ſolis in aere vł ē ſpaciū tp̄is in quo
ſol vertitur ab oriente in occidenteꝫ. Dies na
turalis eſt ſpaciū diei. ⁊ noctis. i. ſpacium in
quo ſol pcedit ab oriente in occidentem. ⁊ ite
rum ab occidente reuertitur in orienteꝫ. Huiꝰ
aūt diei principiū diuerſo mō aſſignat Chal/
dei et perſe a ſolis ortu faciunt initiū diei na/
turał Egiptij ab initio noctis Romai a media

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

nocte. Athénienſes a ſexta hora diei. Et dies habet e vel u in ablatiuo Vñ. Imper⁹ atqꝫ dies ritus nox e vel u caſu. Dicũt in ſexto. que q̄tuor eſſe memento. Iñ diecula. pe. cor. i. parua dies. ꝛ ponit̃ ꝑ qualibꝫ ꝑua mora tpis

Dieſpiter tris. vel piteris. pe. cor. i. Iupiter. et dr̄ a dies et pater. quaſi diei pater. Vñ Macrobius de ſaturnalib⁹. Ipſi quoqꝫ romãi dieſpitrẽ Iouem appellabant.

Dieta te. pe. p. i. diei itineratio. Itẽ dieta dicitur obſeruatio legis ꝛ vite vl' corporis diſpẽſatio vel cibus infirmoꝝ. Dieta etiã dr̄ cenaculũ q̄ die magis q̄ꝫ nocte ſolẽt hoies reſidere. vt ff. de dona. l. lucius. vel domũcula cõſtructa in hortis ꝑ colligẽdis fructibus. ſeu oblectationis grã. Ita accipitur i. l. ſenatus. §. marcell⁹. ff. de le. i. Itẽ dieta dicitur ſpaciũ vni⁹ diei vel lapſus. dr̄ etiã vni⁹ diei opatio. Põt etiã dici vnius diei certa ꝛ determiata comeſtio Cõtinet autẽ dieta legalis viginti miliaria italica. Dieta vero vulgaris dicitur illa que habetur ſm cõſuetudinẽ regionis

Dietariũ dicũtur qui in cenaculo alieno ſe dirigunt. aío furãdi. a dieta ſm illã ſignificatõeꝫ q̄ dieta ſignificat cenaculũ. Sic exponitur i. l. ſaccularius. in prin. ff. de edi. edic.

Dieticus a. ũ. i. regularis. ſcꝫ de die in diem cuſtodiens. ſicut faciũt clauſtrales

Diezenſis diſiunctio dr̄ ſm Pap.

Difficax cacis. oĩs. t. i. difficilis. ꝛ cõpatur. Inde difficacia cie. et hec difficacitas tatis in eodem ſenſu

Difficilis lis. ꝯ. t. et hoc le. cõponitur a dis et facilis. ꝛ cõpatur. ꝛ facit ſuplatiuus lim⁹. Iñ difficultas tatis. i. grauitas Itẽ difficile q̄nqꝫ ponitur ꝑ nullo modo. vt. ij. q. vi. biduũ. ꝟ ſꝫ aduerſus.

Diffinitio. onis. f. t. i. terminus demonſtrans q̄d eſt eſſe rei Vñ. diffinitio eſt oratio exp̄mẽs eſſe rei ꝑ ſubſtãtialia. vt aĩal rationale mortale exp̄mit eſſe hois ꝑ genus ꝛ drãs q̄ ſunt ſibi ſubſtãtialia. Et argumẽtatur a diffinitõe affirmando ꝛ negãdo. Diffinitio etiam eſt quidaꝫ color rethoricus. et eſt breuis demõſtratio rei per orationẽ facta. ꝓprias rei amplectẽs ꝓꝓetates. vt Prodig⁹ eſt q̄ı vitio retinẽda ꝓfundens. Largus qui ſumptũ facit ex ratione libẽter ꝛc. Vl' diffinitio idẽ eſt qđ corona. vt dicit gloſa ſuꝑ illud Ezechielis. xxxiiij. Diffinitio eius vſqꝫ ad labium

Diffugus diffuga diffugũ. id eſt in diuerſa fugiens. vel vndiqꝫ fugiens. Inde diffugium. gij. fuga.

Digãma figura. f. dicta. eo q̄ habeat duo gamma. i. g.

Digamus a. ũ. pe. cor. dr̄ qui duab⁹ nupſit ſcꝫ viris vel vxoribus. ꝛ dr̄ a dyo quod eſt duo. ꝛ gamos vxor Inde digamia mie. i. due nuptie vel ꝓprietas qua aliq̄s dr̄ digamus.

Digeries. rie. f. g. i. digeſtio euacuatio. ꝛ componitur ingeries. rie. i. indigeſtio.

Digeſtibilis. ꝯ. t. ꝛ h̄ le. qđ facile digeri põt

Digeſtiſta te. ꝯ. p. qui vel que docet digeſtum vel qui docetur.

Digeſtũ. n. s. dr̄ quidã liber legalis. ſic dictus. ꝓpĩ legalia p̄cepta ibi excellẽter digeſta q̄ alio noĩe dr̄ pandecta ſeu liber pandectaꝝ. Iñ hic ꝛ hec digeſtalis. ꝛ hoc le. qđ ꝑtinet ad digeſtũ

Digeſtus a. ũ. i. ꝯſumpt⁹ ordinat⁹ expoſitus. Iñ ꝑ cõpoſitõeꝫ Indigeſtus a. ũ. quaſi nõ digeſtus. Et digeſtio onis. i. ꝯſumptio. ordinatio explicatio. ꝛ hic digeſtus tus. tui.

Digitabulũ. li. inſtrumẽtũ in qđ digitus ĩtromittitur. qđ ꝛ digitale dr̄.

Digitellus li. vel digitulus li. diminutiua. i. paruus digitus.

Digitus ti. a decẽ dr̄. q2 decẽ ſunt digiti ĩ vtraqꝫ manu. vel in vtroqꝫ pede. Vñ digiti dicuntur. quia decẽter iũcti exiſtũt. nã hñt in ſe numeꝝ ꝑfectũ ꝛ ordinẽ decentiſſimũ. Prim⁹ dicitur pollex. q2 inter ceteros pollet ꝟtute et poteſtate ꝛ groſſitudine. Secundus ſalutatorius et demonſtratorius vel index dicit̃. q2 eo fere ſalutam⁹ vel aliquid indicamus vel demõſtramus. Tercius dicit̃ medi⁹ vel impudicus quia ꝑ eum plerũqꝫ probri inſectatio exprimitur. Quartus dicitur anularis quia in eo ſolet ferri anulus. ꝛ idem medicinalis dicitur q2 in eo trita colliria a medicꝭ colligũtur. Quintus auricularis. q2 eo aurẽ ſcalpim⁹. vel q2 eo ſolemus aurẽ purgare.

Digma id eſt dignitas. vel nomẽ. decus laus gloria.

Dignitas eſt alicui⁹ honeſta autoritas. cultu honore ꝛ verecũdia digna. Item dignitas decus laus nomen gloria. ſummus honor

Dignitoſus a. ũ. i. dignus. Vñ Chriſoſtom⁹ ſuꝑ Matheũ. Cũ in illo ſeculo caro infirma dignitoſe aĩe fuerit ſubiecta

Dignus na. nũ. i. equus. cõgruus. competens honeſtus. probus.

Dilatio eſt temporis in cauſa prorogatio. vel ſm Bal. eſt tempus quod habet certum principium ꝛ certũ finẽ. Vel ſic. eſt tempus datuꝫ a lege vel a iudice partibus ad veniendum Et talis eſt duplex ſcilicet ꝑma q̄ dat̃ ab homine

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vel a iudice.ſecūda que daꝶ a iure vel a lege vt
patet i Rub. de ferijs.et dilationū ſm Hoſt.
in ſū.ti.ꝺ dila.§.i. Alie ſunt citatorie q̄ dātur
vocato ad cām ad veniēdū ad iudicē an̄ litis
ꝯteſta.infra quas citatꝰ ſe p̄pabit vt veniat in
termio.ꝛ nihilominꝰ poſt terminū.vt de offi.
dele.ꝯſuluit. Alie reſtitutorie q̄ dātur his qui
ſpoliati fuerūt ſeu ſunt.vel que dantur ad ap/
pellādū.que ſunt decē dieꝝ.vel ad reſtitutiōꝫ
in integꝝ petēdā.que olim infra annū vtilem
hodie quadriennīū cōtinuū dātur.vt.C.ꝺ in
inte.reſti.l.fi. Alie ſunt deliberatorie que dan/
tur reis ad deliberādū.de q̇bus.C.ꝺ litiꝫ.ꝯteſ.
Alie ſunt pēptorie q̄ dātur volēti ꝓbare.ꝺ q̇/
bus in.l.i.C.de dila. Alie ſūt executorie q̄ dā
tur cōdemnato ad hoc ꝙ ſatiſfaciat.de his.l.ij
C.de vſu. Alie ſunt reuocatorie q̄ dātur hn̄ti
bus ius reuocādi domū.de quibꝰ hētur.l.ij.§.
legatꝫ.ff.de iudi. Alie ſunt vocatorie ſiue feria
les.vt in.l.de ferijs.ff.eo.ti.ꝛ xxv.q.iiij.p totū
Alie pſecutorie q̄ dātur ad appellatiōem pſe/
quendā.de q̇bus i Autꝫ.et qui appellat.C.de
temp.ap. Alie ſunt ſaluatorie.vt penitētiales
Alie p̄ceptorie de ap.c.pterea. Alie electorie.
vt de cōuer.cōiu.c.ex publico.ff.ꝺ adop.l.mā/
cipioꝝ.et de elec.ne.ꝓ defectu. Alie exptorie.
vt de frigi.et male laudabilē. Alie exemptorie
vt qui maꝶ.accu.poſ.c.fi. Alie refutatorie.vt
de appel.pſonas.et.c.requiſiꝫ.ij. Alie recepto/
rie.ſcꝫ ad ꝓponendas exceptiōes cōceſſas a iu
re.de excep.paſtoralis.

Dilema.quedā argumentatio q̄ a quibuſdam
vocatur cōplexio.et ꝺꝛ a dyo qꝺ eſt duo.et le/
ma verago.qꝛ vndiqꝫ cōplectitur aduerſariū.
A q̇buſdā vero cornutꝰ ſylogiſmꝰ ꝺꝛ

Dilucidus da.dū.i.clarus et aptus

Diluculū li.pe.coꝛ.tempus illud cū incipit p
ua lux eſſe et a nocte diuidi ſm Hug. Pap.ve
ro dicit diluculū auroꝛa.

Diludiū dij.locus vbi diuerſi ludi exercentur
vel ludꝰ diuiſus et diuerſus ab alio Vn̄ Ora
tiꝰ i epi Diſplicꝫ ille locꝰ clāo ꝛ diludia poſco.

Dilutꝰ a.ū.i.diſtēpatus.liq̇dus.vel ꝓpter liq̇
ditatē diuiſus.ꝛ pdu.lu.vn̄ Perſiꝰ. Dilutas
queriꝶ geminet qꝛ fiſtula guttas

Diluuiū uij.n.s.catacliſmus.nimia aquaruꝫ
inundantia vel deſtructio. Et ꝓprie ex nimia
aquaꝝ inūdatōe.ſic dictū qꝛ aquaꝝ clade om
nia que inundauerit diluat id eſt commiſceat
et deſtruat.

Dimenſio onis.ꝺꝛ menſura vel mēſuratio vel
nūerus vel nūeratio. Inde hic ꝛ hec dimēſio/
nalis ꝛ hoc le.i.ad dimēſionem ptinens.

Dina ne.eſt ꝓpriū nomē filie Jacob

Dinaſcia.vt hētur in hiſtorijs ſup Gen̄.capi
tulo de ortu regnoꝝ dinaſciaꝫ egipcij ſummaꝫ
ptātem vocant.

Dioceſis ſis.f.t.interpretaꝶ gubernatio.ꝛ hoc
nō ſm ꝓprietatē verbi vel ptātē.ſed ſm effe/
ctū. Et eſt dioceſis ꝓprie baptiſmalis eccleſie
territoriū ꝛ gubernatio.

Diogenes nis.ꝓpriū nomē viri.ꝛ coꝛ.penul.
ſicut Hermogenes nis.

Diomedes dis.pe.p.ꝓpriū nomē eſt cuiuſdā
viri. Et vt narrat Pap. Diomedē pagani deū
aſſerūt.cuius ſocios in aues cōuerſos ita ſe lu
dificare dicūt vt ſuis.i.grecꝫ colludāt.alienos
verberēt ꝛ ad tēplū diomedis roſtro aquā poꝛ
tāt.ſed hoc vel fingūt.vel ſi aquā portāt.vl'ta
le aliq̇d ludificationibus fit demoniū.q̄ eos a
veri dei cultu abſtrahūt. Hug etiā dicit Dio
medes aues dicti ſunt a ſocijs Diomedio.q̄s
ferunt fabule in illas aues fuiſſe cōuerſos.

Dione.i.venus.ꝛ diciꝶ a dian.quia pulcra ſit
vel dicta eſt dione a matre ſua que ſimiliter di
cta eſt dione.quaſi duos nectēs in amoꝛe. Nō
enim amoꝛ poteſt expleri ſine duobus. Vel ꝺꝛ
a dione quaſi ex duobꝰ nata. Jn̄ dioneos nea.
neū.i.venereus. Vn̄ Virgilius. Ecce dionei
ꝓceſſit ceſaris aſtrū.

Dionyſius ſij.dictus eſt bachus Unde plura
liter hec dioniſia dicuntur feſta bachi. Itē dio
niſius diciꝶ quidam lapis fuſcus ꝛ rubētibus
notis ſparſus.ſic dictus qꝛ et ſi aque admixtꝰ
ſit contritus nemiū fragrat ſm Hugꝫ. Papi.
vero ſic dicit. Dionyſia gemma nigra mixtꝫ no
tis rubeis valens contra ebꝛietatem. Itē Dio
niſius eſt propꝛium nomē cuiuſdam ſancti do
ctoꝛis qui areopagita a vico ciuitatis in quo
habitabat dictus eſt.ꝛ interpꝛetatur vehemen
ter fugiens vel eleuatus.

Dioſcoꝛus ri.m.ge.penul.coꝛ.id eſt iunius

Dyota.dicitur vas vinariū duas aures.id eſt
duas anſas habens.a dya quod eſt duo ꝛ ota
quod eſt auris. Hoc alio nomie diciꝶ ampho/
ra. Et ꝓd.o. Vn̄. Auris otis tibi ſit inde dyo/
ta venit.

Diotrepes pis.pe.coꝛ.quidam hereſiarcha.et
interpꝛetatur ſpecioſus.inſulſus.vl' decoꝛ in/
ſaniens.

Diauolares ſūt viliſſime meretrices parui ſti/
pendij. Vel diauole ſm Papiaꝫ. Vel he alio
nomine dicuntur diuoltres. vt videtur velle
Huguitio.

Diplois ploidis.femi.t.duplex veſtis.et dici
tur a diplo.as.eo ꝙ ſit duplex amictus.et eſt

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

veſtis militaris. vñ Pſ. Sicut dyploide cõfuſione ſua.

Diplonia níe. f. p. i. duplex locutio. ⁊ dꝛ a diplo as. Jñ etiã diploniꝰ a ũ. i. duplicatꝰ Et hꝫ diplonariꝰ. i. duplicatoꝛ

Dipondiꝰ dij. m. s. i. duo pondera. ſ. genꝰ põderis ex duobꝰ aſſibꝰ ꝯpoſitũ. vñ in Euãgeˀ. Nõne duo paſſeres veniũt dipondio.

Dipſa pſe. f. p. ⁊ hec dipſas ſadis. ⁊ hꝫ dipſis hꝰ ſis vel ſidis. genꝰ eſt ſpentis ⁊ interpřtaꝶ ſitibũda. vñ ⁊ latine dꝛ ſitula. qꝛ quẽ mordet ſiti facit perire. vñ Deut. viij Jn qua erat ſpens flatu adurens ⁊ ſcoꝛpio ac dipſas. vbi dꝛ glo. Dipſas genꝰ aſpidis. q̃ latine dꝛ ſitula quẽcunqꝫ momoꝛdent. ſiti ꝑimit vl̕ perit. adeo ꝑua vt cũ calcatur nõ videaꝶ. cuius venenũ añ extinguit q̃ʒ ſentiaꝶ. nec triſticiã ſentit moriturus

Diptica ce. f. p. tabula manual̕. qꝛ pugillaris dꝛ ⁊ ephimeris. Vñ q̇dam. Clerice dipticas lateri ne depreſſeris vnq̃ʒ. Vel ſm Pap. Diptice ſunt tabule q̇bus coꝛruptores amorẽ ſuum inſcribũt puellis. ⁊ p. pti. vñ in Decretꝭ. xxiij. q. ij. canone. Sane pfert circa ꝓncipiũ dꝛ. Et in ſacris dipticis ſcripſerũt. quod glo. ibidẽ exponit dicens. Diptice a dico cis. Et dicit eadem glo. poſtea qꝫ diptice ſunt columne in q̇bus imagines patꝝ in ſuo cathalago. ponunꝶ

Dipthongus. f. s. eſt ꝯglutinatio duaꝝ vocalium in vna ⁊ eadem ſyllaba vim ſuã retinentiũ. Et ſunt q̃ttuoꝛ. ſcʒ au. eu. ae. oe. quaꝝ due ſcribũꝶ ⁊ pferunꝶ. ſcʒ au. ⁊ eu. alie due ſcribũꝶ et nõ pferunꝶ. ſcʒ ae. ⁊ oe.

Dira re. f. p. i. furia. ⁊ dꝛ a durus. qꝛ dura ſit. Et dicunꝶ ꝓꝓꝛie eumenides vel erinides in inferno. furie in terra. dire in celo q̃ſi deoꝝ ire. qꝛ ex ira deoꝝ ꝓueniũt. ⁊ eſt ethymologia non cõpõ ſm Hugꝫ. Pap. dꝛ. Dire dee penaꝝ dicũtur vltrices

Dirus a ũ. i. crudelis reus ĩmiſericoꝛs. aſper. atrox deteſtabilis Qđ ãt dꝛ dirus q̃ſi diuina ira inundatꝰ. ethymologia ẽ nõ ꝯpõ. Pꝛopꝛie ãt dꝛ dirꝫ qđ diuina inferꝶ ira. Dꝛ etiã dirus i. magnꝰ. ⁊ p. di. vñ q̇dam. Blandicie pluſq̃ʒ dira venena nocent.

Dis. ꝯ. t. ⁊ hoc dite. gtõ hꝰ ditis. i. diues opulentꝰ. ſʒ neutꝝ in ſingulari nõ eſt in vſu Et cõparatur dis ditioꝛ ditiſſimꝰ Jtẽ dis ditꝭ. i. pluto. a ditando. qꝛ noſtris moꝛtibꝰ oꝛbẽ ſuũ ditat.

Dis grece latine dꝛ bis

Diſcerniculũ li. pe. coꝛ. oꝛnamentũ ꝟginale vt acus. cum qua virgo diſcernit ⁊ diuidit capillos.

Diſcidiũ dij. n. s. i. ſeparatio diuoꝛtiũ a diſcido dis eo qꝫ q̇s a pacto diſcedat Jñ diſcioſus a ũ. q̇ freq̃ns ẽ in diſcidijs ⁊ q̇ diſcidia amat Poteſt etiã diſſidiũ a diſſido dis

Diſcinctus a ũ. i. deligatꝰ. remiſſus incõpoſitꝰ et dꝛ a diſcingo gꝫ. qđ eſt deligare. vñ xxx. Regꝫ. xxij. Non glorietur accinctus eque vt diſcinctus

Diſciplina ne. dꝛ a diſco. vel diſcipulꝰ. qꝛ diſcit plena. Et eſt diſciplina in diſcipulo Doctrina in magiſtro. Facultas l̕ ꝓfeſſio vel ſciã in vtroq̃ʒ

Diſcipulus li. m. s. q̇ addiſcat. Jñ diſcipula. le. ⁊ hꝫ ⁊ hec diſcipularꝭ ⁊ hoc re. Et diſcipulatus tus tui.

Diſcofoꝛus a ũ. pe. coꝛ. i. diſcũ ferens. vñ Hyeronimꝰ in ꝓlogo Danielis. Cũ vero ad Abachuc venerat. ⁊ de iudea ad chaldeã raptũ diſcofoꝝ lectitabat

Diſcoloꝛ loꝛis. ꝯ. t. i. diuerſoꝝ coloꝝ. vel alterius coloꝛis. vñ Hyeremie. xxij. Nunq̇d auis diſcoloꝛ hereditas mea mihi

Diſcolus la lũ. pe. coꝛ. i. diſcoꝛs a ſcola. indoctus ideota illitteratꝰ a ſcola diuiſus ⁊ diuerſus. vñ. i. Pet. ij. Nõ tm̃ bonis ⁊ modeſtis. ſʒ etiã diſcholis.

Diſcoꝛs. ꝯ. t. q̃ſi diuerſi coꝛdis. vel q̃ſi deoꝛſũ a coꝛde alterꝰ. Jñ hec diſcoꝛdia die. ⁊ diſcoꝛdioſus a um

Diſcretio onis. f. t. i. diuiſio. ſciã diſcuſſio q̃rũlibet reꝝ ꝯſideratio ad q̇d tendãt. Et vt dꝛ q̇dam poeta. Oibus in rebus res ẽ diſcretio ſũma. Jtẽ diſcretio ẽ attributio actus vel paſſionis aliq̇bus cũ excluſione alicuꝰ vl̕ aliq̇ꝝ

Diſcrimen inis. i. ꝑiculũ vite. aliq̃n diſcrimẽ dꝛ linea vel diſtantia q̃ diuidit capillos capitis alicuꝰ. quandoq̃ʒ dꝛ differentia ſeparatio in duo. Vel ſm Pap. Diſcrimen eſt ꝑiculum diſtantia laboꝛ a diſcernendo. quia aliquando duaꝝ reꝝ ſeparatio oſtendit. que coniuncte eſſe poſſunt. vt in oꝛnamentis mulieꝝ Vnde diſcriminalia dicuntur. que diuidunt capillos per mediam frontem Diſcriminalis cõmunis generis tercie declinationis. ⁊ hoc le. quod diuidit. ⁊ dicitur a diſcrimẽ. Et hoc diſcriminale. lis. Et ſunt ꝓꝓꝛie diſcriminalia. mulierum capitis oꝛnamenta. dicta qꝫ caput mulieris a viro diſcernunt. vel crines diuidunt.

Diſcumbens tis. o. t. i. ad diſcum ſedens. ⁊ fercula ſumens a diſcumbo bis

Diſcus ſci.m.s.i. ſcutella. ⁊ dr̄ a ſcus qḋ ē rotundū. q̄ olim ⁊ ſcus dicebaṫ. ſic⁊ diſcus a rotunditate. ſed nūc diſcus dr̄ q: eſcas ⁊ fercl'a apponit. vel potius eſt ethymologia. diſcꝰ q̄ſi dans eſcas. Jn̄ hic diſculus li dimi.i. puus diſcus. Et diſcumbēs.i.ad diſcum ſedēs. Et nota q̄ diſcus ꝑprie eſt ſcutella. ⁊ nō menſa. licet ꝓ ea ponaṫ qn̄q3 ꝑ metonomiā. Et a diſcus dictꝰ eſt diſcus ludus plūbee ſcutelle ⁊ ipſa plūbea ſcutella q: facta erat ad ſilitudinem ſcutelle. ⁊ in aerē ꝓijciebaṫ q̄ ludus nūc dr̄ ludus ꝓijciēdi lapidē. vn̄ Oratiꝰ in poetria Jndoctuſq3 pile diſci ve trochi ve q̄ſcit. Diſcus etiā dr̄ mappa vel mēſale. Vn̄ ⁊ aialia dicūṫ apparuiſſe petro in diſco. qḋ alibi dr̄ liber Actuū apl'oꝝ linthei̅ vocat. vn̄. Diſcus ſcutellā menſam notat atq3 mappellā. vel ſic. Eſt diſcus ludꝰ diſcus q̄q3 regia mēſa. Diſcus ſcutella tibi ſit diſcus q̄q3 mappa.

Diſertꝰ a ū.nomē.i. ſapiēs eloquēs. ⁊ facūdꝰ et dr̄ a diſſero ris. ⁊ ſm Hugi. ſubtrahiṫ vnū s. q̄uis ſint duo in vbo ꝑticipio ⁊ ꝟbali. vt diſſero diſſertoꝛ. diſſertꝰ Vn̄ ꝑma corripiṫ in diſertꝰ. vn̄ Oratiꝰ. Fecūdi calices quē nō fecere diſertū Et ꝯpatur diſertus tioꝛ tiſſimus Alij dicūt q̄ diſertꝰ ꝯponiṫ a di ⁊ ars interpoſita s. ⁊ ſic ē nomē. Cū vero ē ꝑticipiū ſcribiṫ ꝑ geminū s. Jn̄ diſertatio ⁊ ē ciuilis ſapiētia vt. C. de oꝛ.cog.l.qualis

Diſinteria rie.f.p.pe.acuta.i. diuiſio ꝯtinuationis vel vlceratio inteſtinoꝝ. Et fit an̄cedēti fluoꝛe. quē greci dyariā vocāt. ⁊ dr̄ ab interia l'enteria qḋ eſt inteſtina. Et ſm h̄ p̄t dici diſinteria vel diſenteria ſm Hugꝰ. Pap̄ ꝟo dt. q̄ diſinteria ē ſanguineꝰ fluxus ventris cū excoꝛiatōe inteſtinoꝝ

Diſnoicꝰ.i. ſuſpicioſus. q̄ plus recipit q̄3 emittit. ⁊ videṫ eſſe ꝯpoſitū a dis. qḋ ē diuiſio vel diuerſū3. ⁊ noicus qḋ ē inſumꝰ. Jn̄ diſnoicꝰ q̄ nō equo mō recipit ⁊ emittit

Diſpectus a ū.i. ꝯtemptꝰ Et diſpectō faſtidiū ſupbia

Diſpendiū dij.n.s. ⁊ hec diſpēnſa ſe.i. nimia largitas vl' nimia diſpēſa. ⁊ dr̄ a diſpēdo dis Et diſpendiū dr̄ qḋ ē ꝯtrium ꝯpendio.i. lōgū. et inutile. Jnde diſpendioſus a ū.i. longus et inutilis. Et ꝯpatur diſpendioſus ſioꝛ ſiſſimꝰ Jnde hec diſpēdioſitas tatis. ſm Hugꝰ. Papias vero dt. Diſpendium damnū vel detrimentum.

Diſpenſatoꝛ ſm Pap̄. dr̄ cui creditur adminiſtratio pecuniaꝝ. q: prius q̄ dabant pecuniā. nō numerabāt ſed appendebāt eā.

Diſpenſatio eſt iuris cōis ꝓuida relaxatio vtilitate ſeu neceſſitate penſata. ſm Guil. in ſpeci. de diſpen. Vel ſic. Eſt rigoꝛis iuris ꝑ eū ad quē ſpectat canonice facta relaxatio.i.q.vij. niſi rigoꝛ. ⁊.c.ſe. Nūq3 tn̄ diſpenſatio capituri ꝓprie.ſ. ꝓ iuris declaratōe. vt in.c. quintavallis. de iureiuṙ.

Diſploſus a ū.i. diffuſꝰ. apertus diruptꝰ

Diſſyllabus a ū.i. duaꝝ ſyllabaꝝ. ⁊ dr̄ a dis. et ſyllaba

Diſſitus a ū.pe.coꝛ.i. ſepatus.

Diſſuria eſt arida vrine digeſtio vel difficultas mingendi

Diſſutus a um.pe.p.i. diſiunctus. ⁊ in futura fractus.

Diſtichon.n.s. ⁊ hoc diſtichiū inueniṫ.i. carmen vel opus duoꝝ ꝟſuū. ⁊ dr̄ a di.i. duo. et ſtichon qḋ eſt ꝟſus. vn̄ Theodolꝰ. Quos in diſtichiū carmē ꝯplecterꝫ hemi. Jtē diſtichō. dr̄ qḋdā genus dicēdi. cū.ſ. autoꝛ totū leq̄t ꝑ ſe ſine pſona introducta

Diſtinctꝰ a ū.i. diuiſus. ſepatus deſignatꝰ pūctatus determinatꝰ

Diſtinctio onis.i. diuiſio pūctatō ſepatio Et diſtinctionis tres ſunt ſpēs.ſ. collū coma. periodus. de q̄bus vide in locis ſuis.

Diſtrictus a ū.i. ſerenꝰ aſper auſterus. Et cōparatur

Diſtrophos dr̄ oda illa que ſemꝑ in ſcḋo verſu repetit varietatē verſus. vide infra in ſtrophos

Diualis.ꝯ.t. ⁊ hoc le.pe.p.i. diuinus. Unde diualis dr̄ ꝑnceps vel imparatoꝛ q̄ quaſi deus habebatur.

Diuerſiclinū nij.n.s.i. locus vbi diuerſe vie ꝯiungunṫ. ⁊ dr̄ a diuerſus a ū. ⁊ clino as q: illic diuerſe vie acclinanṫ. q: illic via inclinaṫ ad diuerſa. qḋ aliter grece dr̄ hoc eteroclitu3. Jtē eteroclita ſiue diuerſiclinia dicunṫ q̄da3 noīa in arte grāmatica q̄ſi ad diuerſa ſe inclinātia.ſ. q̄ inclināt ſe ad diuerſas dictōes i diuerſis caſibꝰ. vt Jupiter Jouis. vl' ad diuſas ſignificatōes vel ad diuerſas declinatōes. vel ad diuerſa genera in diuerſis nūis. vt veſper re. vas vaſa. celū celi

Diuerſoꝛiū rij.neu. ſecunde declinatōis.i. diuerſitas viaꝝ. ſc3 vbi viatoꝛ ad callem diuertitur. vel locus remotus ab alio vel receptaculum. ſc3 hoſpicium vel hoſpitale. ⁊ dr̄ a diuerto tis. quia illuc diuertimus. vel quia ex diuerſis vijs ibi cōuenitur. Unde in Luce. Nō erat ei locus in diuerſoꝛio. Et vt dicit gloſa. Diuerſoꝛium eſt domus inter duos muros.

duas hñs ianuas. vt ſcʒ ex diuerſis vijs recipi at aduenie͂tes. ⁊ ſignificat eccleſiã inter pãdiſũ et mundum.
Diuerſus. ſa. ſuʒ. i. diuiſus. ſepatus. nõ ꝯcors malus. ⁊ compatur. Jñ hec diuerſitas. tatis. i. varietas.
Diuerticulũ. li. n. s. i. flexus viarũ. vbi vna via diuertit ab alia. vel ipſe call' p que͂ diuertimus ab alia via. q̄ſi diuerſa via.
Diues. ꝯ. ge. declinatiõe. ſed oĩs ꝯſtructione dꝛ q̄ſi diu hñs. i. cupie͂s diuitias. i. opule͂tus. vel pecunioſus. ſiue vtaꝛ ſiue non.
Diuitioſus. a. ũ. i. copioſus. plen⁹ diuitijs. Jñ diuitioſitas. tatis. i. copioſitas.
Diuide͂s. de͂tis. m. t. i. ouis. vl' agn⁹ duos hñs tm̃ dentes ⁊ dꝛ a duoꝛ dens. Jte͂ diuide͂s. tis. o ge. pt. ee͂ pticipiũ de diuido is.
Diuidia. die. f. p. i. diſcordia vel bellona. Jñ di uidioſus. ſa. ſuʒ. i. diſcordioſus qui p ſuã diſ/cordiaʒ alios diuidit ⁊ diſcordare facit q̇ ⁊ di uiſioſus dicitur.
Diuidiculũ. li. n. s. dꝛ caſtellũ in diuiſione ter/rarum poſituʒ.
Diuidu'. a. ũ. qui diuidit vel diuidiꝛ. Jñ diui duitas. tatis. ⁊ p ꝯpoſitiõem indiuidu⁹. a. ũ. ⁊ hec indiuiduitas. tatis.
Diuinus. a. ũ. qð est deoꝝ. vl' ptine͂s ad deos. ⁊ dꝛ a diuus. a. ũ. Et diuini dicũtur celeſtes dei ficati. Jte͂ diuini q̇ tractãt de deo. qui magis p prie dicũtur theologi Et diuini qui diuinant et aſtutia q̄daʒ fraudule͂ta hoibus futura coie cturãt. Jñ diuinitas tatis.
Diuinatoꝛ futura contenplans dꝛ. ⁊ ſemper in malo accipitur.
Diuinatõ accipiꝛ tripl'r. p̄io p ſcia theologie. a q̇ theologi dicũtur diuini. Scdo p ſcia infu ſa a deo. ⁊ ſic accipiꝛ Prouerb. xvi.
Diuinatio in labijs regis. Nã in iudicio nõ er rauit os ei⁹. Tercio p ſcia magica vel fallaci p phanatõe. pphizatiõe. q̄ falſi pphe ⁊ magi fin gũt ſe puidere vl' pſcire futura. ita capiꝛ in. l. ne mo. C. de male. ⁊ mathe. Et vt dicit Uarro q̄t tuoꝛ ee͂ genera diuinatiõis. i. terraʒ quã. igneʒ aere͂. hinc geomãtiaʒ. hydromãtiaʒ. aeromãtiã pyromãtiaʒ dicimus
Diuiſoriũ dꝛ cella ab alijs diuiſa
Diuoltres viliſſime meretrices. q̄ ſe ſuaqꝫ grã nũmoꝝ pbent. Et dicũtur diuoltres. q̄ſi deſide rio volãtes. vel q̄ſi p nummo volute.
Diuortiũ. n. s. dꝛ. q̄ſi diuerſuʒ. i. via vl' ſemita in diũſuʒ tende͂s. ⁊ poniꝛ generaliter p ſepatõe et diuiſione. ⁊ ſubterfugitione. Uñ diuortium ſm Hoſt. ⁊ Hoſti. eſt inter virũ ⁊ muliere͂ legi time facta ſepatio. ⁊ dꝛ a diuerſitate mentiũ. qꝛ hi qui matrimoniũ diſtrahunt. in diuerſas p/tes eunt.
Diurnus a. ũ. i. vnius diei. vel durãs p vnum die͂. ⁊ dꝛ a diu ſm qð accipiꝛ p determiato ſpa/cio tem poris.
Diuus. a. uʒ. i. diuin⁹ ⁊ ſanctus. ⁊ dꝛ a deus.
Diuturnus. a. um. dꝛ a diu ſm qð accipiꝛ pro indeterminato ſpacio tempis. ⁊ eſt quod habʒ indeterminatã ſignificatiõeʒ tpis ſicut diuin⁹ determinatã Et diutun⁹. a. ũ. in eode͂ ſenſu. i. lõ gus. plixus. diu durãs. continuãs. et diciꝛ; diu tinus. na. nuʒ. a diu ſicut diurnus ſm Hug. Pap ꝟo dicit. Diutina dicta ab eo q diu du/rauerint. diuturna a ppetuitate dicta q̄ſi eterna
Diuus. a. ũ. i. deificatus. ⁊ dꝛ a deus. Sed deus eſt ſemp. diuus vero fit q̄ſi qui ex mortali fit i/mortalis. Uñ ſm Pap. Diuus dicitur deus vel impatoꝛ qui poſt morte͂ velut deus habeꝛ.

## D ante O

Docibilis. con. t. ⁊ hoc le. ⁊ hic ⁊ hec docilis. et hoc le. p ſyncopã differunt. Naʒ docilis eſt diſ cipulus qui facile doceꝛ. Non em̃ dꝛ docilis. qꝛ ſit Doctus. ſʒ qꝛ doceri pt Eſt em̃ ingenioſus ⁊ ad diſce͂duʒ pat⁹. Docibil' vero eſt lib qui faci le diſciꝛ vel diſci põt ponitur tñ vnuʒ p altero Uñ Joannis. vi. Erunt omnes docibiles dei. id eſt dociles.
Docillus li. m. s. i. clepſydra.
Docimen. inis. qð ⁊ hoc documen inuenitur. pe. coꝛ. i. docume͂tuʒ.
Doctiloquus. qua. quũ. qui docte loq̄tur. Jñ doctiloquiũ. quij. i. doctuʒ eloquiũ. vl' docta ⁊ ſapiens locutio.
Dodona. ne. f. p. i. dea glandiũ Et dodona etiã dicta eſt quedã ſilua epiri a dando dona. id eſt glandes hominib⁹. Jñ dodoneus. nea. neum. poſſeſſiuum.
Dodrãs. antis eſt quedã ps aſſis que ex noueʒ vntijs pficiꝛ. nec dꝛ a totũ. vt Inſtit. de here. § hereditas.
Dogma. tis. n. t. i. doctrina vel iteratio doctrie vel decretũ placitũ. conſenſio. cõſolatio Jñ do gmatic⁹. a. um. i. doctus ſagax prudens ſophi/ſticus. inſtrue͂s vel inſtruct⁹ vel ꝯſolatus.
Dolabra. bre. f. p. ⁊ hoc dolabrũ. bri. p eodeʒ ſcʒ inſtrume͂to dolandi. ſcʒ p bipenni. Jñ dola bella. le. ⁊ hoc dolabellũ. li. ambo diminutiua.
Dolatura. re. f. p. i. dolatio. vl' id quod dolãdo aufertur de ligno vel id cum quo dolatur. ⁊ di citur a dolo. as. a quo etiam dolatilis. con. t. et hoc le. i. aptuʒ ad dolanduʒ. ⁊ hoc dolatoriuʒ.



10

rij.locus in quo dolatur.
Doliuz.lij.n s.dicit vas terre rotundū.
Dolo vel dolon.onis a dolus dicitur. Et ſunt
dolones tela abſcōdita in ligneis vaginis ꝓpť
dolū.ꝛ etiam ipē lignee vagine dicūtur dolōes.
inter quas latet pugio ſub ſpecie baculi.ꝛ dicū
tur ſic.eo ꝙ fallant ꝛ decipiant ferro cum prefe/
rant ſpeciez ligni. Hos etiam vulgus greco no
mine oxos vocant.id eſt acutos. Unde ꝛ apud
medicos acutus morbus oxea dicit.ab oxi.qđ
eſt acutum.
Dolor oris.m.t.eſt corpis inqetudo. Et nota
ꝙ dolor nō eſt leſio ſed leſionis ſenſus.
Doloroſus.a.ū.i.plenus dolore
Doloſus.a.ū.i.inſidioſus.vel malign⁹.eo ꝙ de
ludat Ut em̄ decipiat occultā maliciā blandis
ſermonibus adorant.
Dolumē.inis.n.t.idē eſt ꝙ dolabra.
Dolus.li.m.s.i. fraus malicia occulta blādis
ſermonibus adornata.calliditas mētis Et dr
a dolore.eo ꝙ dolorē inferat. Uel cōponitur do
lus a deludo. quaſi delus.eo ꝙ deludat ꝛ decipi
at. Et fit dolus aio. inſidie loco vel telo fraus
circa fidē mutuatā. Et eſt dol⁹ cuz aliđ agit.ali
ud ſilatur. Et iū ꝑ ꝯpoſitiōem ſubdol⁹.a.ū. Et
ſubdolus.li.ſubſtātiuuz.
Doli capax eſt ꝓxim⁹ pubertati.ſcz qñ mas hȝ
vndecim annos ꝛ dimidiū. Tūc em̄ pt delinq
re.preter q̄z in adulterio.ſm Accurſ. Fēia vero
qñ hȝ nouē ꝛ dimidiū annos.vt.no.ff.de re.iu
ris.in.l.pupillis. Aug. vero dt in epl'a ad rena
tuz ꝙ puer dr doli capax.cū eſt ſeptē annoꝝ. qꝛ
tūc metiri ꝛ verū loqui pt.vt.no.in.c.oīs vtri
uſqꝫ ſexus.de pe.ꝛ re.
Doma.matis.n.t.greci tectū dicūt. pt etiā dici
doma tectū.vel etiā atriū qđ nō tegitur. Unde
phiſiologus Neqꝫ pil' ei⁹ fiat ſub domate ſuū⁹
Et.ij. Reg.v. Domatū fiſtulas ꝛc Et appellā
tur domatū fiſtule cannales.quibus ſtillicidia
defluebant.
Domeſticus.a.um.i.notus ꝛ familiaris.q̄ſi in
domo eadem ſtans.
Domeſtici ſunt libertus.colonus.aſcriptitius
mercennari⁹.oēs đ familia alicui⁹ ſiue ſint liber
ti ſiue nō.ꝛ oēs familiares qui habitant cū ali
quo ꝛ vxor.ꝛ ſi ſunt in eius ptāte ꝓpinqui.
Domeſtici iudices dicūtur eē ex quib⁹ pro ma
gna pte ius pandet ꝛ ꝯſiliū. Hi etiaz dicūtur
aſſeſſores.eo ꝙ aſſident iudici.ꝛ in cauſe cogni
tione ſuū prebēt conſiliuz vel officiuz.vt pȝ ex
rub. C.de aſſeſ.
Domicellus.li.i.dominellus.li. dicunt a dn̄s
per diminutiōez.ꝛ domicella.le.ꝛ dominella.le.
ambo diminitiua a dn̄a. Domicellus etiā ꝛ do
micella dicūtur qñqꝫ pulcri iuuenes magnatū
ſeu liberoꝝ.ſiue ſint ſeruientes ſiue nō.
Domiciliū.lij.n.s.i.dom⁹ faſtigiū ꝛ altitudo.
et dr ſic q̄ſi ciliū dom⁹. Dicitur tñ qñqꝫ domici
liū dom⁹ ipſa vel habitatio vel manſio.vl' ius
et ptās ſm Hug. In pſalmo aūt vbi ſic dr Si
cut nycticorax in domicilio Dicit glo.vel in pa
rietinis.q̄ vulgo dicūtur ruie vbi parietes ſtāt
ſine tecto. Dicitur aūt parietina quaſi parietū
ruina.
Domiciliū alicui⁹ eſt ibi.vbi maiorē ptem for
tune ſue ꝯſtituit vel magnā ptem bonoꝝ ſuoꝝ
vel ſi ibi hȝ larē.i.familiā.vt. C.de inco.ꝛ cenſi
l.ſi cines libro decimo.
Domicula.le.f.p.i.pua domus.
Domiduca.ce.f.p.penl'.cor. Juno dicitur quia
vſqꝫ in domum puellas maritatas introduce/
re credebatur.
Dominatio.onis.idē eſt qđ dominatus.
Dominatiōes etiam dicuntur quidā angeli.
et vt Greg. dicit. Ea angelorum agmina que
mira potentia preeminent pro eo ꝙ eis cetera
ad obediendum ſubiecta ſunt. dominationes
vocantur.
Dominicus.a.um.dn̄s vel dn̄a dr. Jū domi/
nica.ce. ſubſtātiuū pro prima feria. Et h ꝛ hec
dn̄icalis.ꝛ hoc le. qđ ſumit tam a dn̄ica ꝓ illa
die q̄z a dn̄icus.a.ū. Et vt Pap.dicit. Domini
cus dies ꝓinde dr. qꝛ in eo reſurrectionis dn̄i
noſtri a chriſtianis gaudiū celebratur. Itē hic
dominicus.ci dictus eſt quidam egregius con
feſſor pater ꝛ inſtitutor ordinis fratrum predi
catorum.
Dominium.n.s.id eſt ius.tutela.poteſtas In
de dominoſus.ſa.ſum.id eſt imperioſus. dn̄s.ꝛ
homo qui habet ardua precipere. ſcilicet homo
magne autoritatis.
Dominium directum ſm Azo.in.ſum. de iure
emphi.Dicitur habere ille q̄ poſſidet ciuiliter tā
q̄z dominus. ꝛ ideo dicitur habere dominium
directum.qꝛ ſine omni alia obligatione liberā
poteſtatem hȝ rei. qualiter nō eſt in illo qui hȝ
dominiū vtile vel mixtū.
Dominiuz vtile ſm Azo.dicit habere ille qui
ſoluz naturaliter poſſidet ꝛ nō ciuiliter .vt em/
phiteota ꝛ vſufructuarius ꝛ feudatarius.
Dominus.m.s.i.heros.ꝛ dicitur a domus.eo
ꝙ domui preſit. Uꝫ autem dominus dicitur
quaſi dans minas .vel quaſi dans munus.ſcꝫ
ſeruitium.vel dans minus.ſcilicet pene.etymo
logia eſt.non compoſitio. Et componitur cum
hoc gtō legum .ꝛ dr dominus legū. iuriſpitus

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſed qñ ſunt due ptes. tūc dicitur dñm leguꝫ ſolus impatoꝛ. qꝛ ipſe habet poteſtatē condēdi et reſtituendi iura.

Domini recti. erāt quidā officiales defenſores ciuitatū ꝛ municipioꝝ.

Domini minoris magiſtratus ſic dicti. qꝛ dñi recti. qꝛ ſuffragio duoꝝ eligebātur vnus conſtituebatur a plebe. alter a maioꝛibus. vt. C. de iu di. l. vlt.

Domnus. ni. ꝛ hec domna. ne. p ſyncopā. dicūtur a dñs dña. quod ꝓprie ↄuenit clauſtralib⁹ ſed dominus dña mudanis. Unde in eccleſia. cantatur. Jube dōne benedicere. ꝛ domnus abbas. domnus pꝛioꝛ

Domus ſecunde vel quarte declinationis eſt que ↄſtat ex pietib⁹. tecto ꝛ fundamēto ꝓtegens nos a caumatibus ꝛ imbꝛibus. Uel eſt vnius familie habitaculū. ſic vrbs vni⁹ populi. ꝛ ſic oꝛbis domiciliū eſt toti⁹ humani generis Jteꝫ domus dꝛ ↄmixtio viri ꝛ vxoꝛis. ꝛ etiā familia ſed incipit a duobus Nam ꝓprie familia eſt liberi ex liberis legibus ſuſcepti a femore dicta Jtē aliqñ ſumit̄ pro agnatiōe. vt. l. cuꝫ vnus. i pꝛin. ff. de. ali. ꝛ ciba. le. ꝛ ad ſylle. in pn. Recipitur etiā p oibus gerētib⁹ eadeꝫ ſigna vel arma. Jñ domūcula. le. i. pua domus.

Domuſiuramenti. i. domus federis. ſcꝫ tabernaculum.

Domuſſalt⁹ libāi. de q̄ habet̄. iij. Reg. vij. dicebat̄. qꝛ erat edificata de lignis libani.

Donariū. rij. n. s. id eſt qd̄ donū. Jtē donariuꝫ eſt locus vbi dona q̄ offerunt̄ in templo r̄ponūtur. Et donarius. a. um. qd̄ donatur vel qd̄ facile donari poteſt

Donatica. ce. f. p. i. corona q̄ autoꝛ donatur. Et donaticus. ca. cū. qd̄ donat̄ vel accipit̄

Donatio ſm Azo. in ſū. C. de dona. ē rei licite nullo iure cogente mera liberalitate facta collatio. vt. ff. e. ti. l. donaria.

Donatio ante nuptias vel ꝓpter nuptias. ſm Azo. ē illa quā facit ſponſus vel aliqs ſuo noie ſponſe vel alteri noie ſponſe.

Donatio cā mortis ſm Hoſti. ē timore mortis imminētis. vl' future alicui⁹ rei ꝓuide ꝛ liberaliter facta collatio. Et hui⁹ tres ſūt ſpecies. Pꝛia cū quis donat metu moꝛtalitatis future ꝛ non inſtātis. Secūda cuꝫ q̇s donat metu moꝛtalitatis inſtantis deſperans d̄ ↄualeſcentia. ꝛ hec donatio ↄpatur ei q̄ eſt inter viuos. Tercia qñ mag̃ vult ſe hr̄e q̄ꝫ euꝫ cui donat. ꝛ mag̃ donatariuꝫ q̄ꝫ ſuuꝫ herede.

Donatio inter virū ꝛ mulierē ſm Azo. in ſū. ē que fit conſtante motrimonio que ſm leges eſt ꝓhibita. ideo ne mutuo amoꝛe in inuicē ſpoliarentur donationē nō ſpantes ſed ꝓfuga erga ſe facilitate abutētes. Nec ēēt eis ſtudiū liberos poti⁹ educādi.

Donatio inter viuos ſcd̄m. Azo. in. ſū. eſt quā do rem quam dono. malo habere illum cui dono q̄ꝫ me.

Donatō mera. eſt eadē cū ſimplici. ſcꝫ qñ inter viuos donatio fit. Qñq̄ꝫ etiā dꝛ pura liberalitate nō ob cām ſecutā. Si ꝟo fit ex cā p̄cedente tūc dꝛ remuneratio potius q̄ꝫ donatō vt. C. de hō. lib. l. cū opoꝛtet. §. cū aūt

Donatio facta ob cāꝫ interpoſitā ſcd̄m Hoſti. i ſū. eſt quedā donatio inter viuos q̄ fit ob cāꝫ interpoſitā. et denotat vt aliq̇d fiat vel nō fiat vel ꝓpter q̇d fiat donatio ſecuta ꝓpt' finē iuxta ea q̄ hn̄t̄. l. i. §. i. ff. de dona

Donatio pfecta ſꝫ pura eſt ſpecies donationis ſimplicis. et eſt qñ ſtatim pura liberalitate trāſfert̄ dñium rei date

Donatio impfcā ſiue ↄdicionalis vl' ſub mō ē ſeciā ſpēs donacionis ſimplicis Et ē qñ ſtatiꝫ trāſfert̄ dominiū rei date ꝛ nō niſi ſub ↄditione. vel mō. vel in diē. vt dono tibi ſi rex intrauerit in italiā. vl' dono nō q̄ tuū ſit hic ad ānū vl' aliq̇d hmōi.

Donatio ſimplex ē q̄ cāꝫ nō hꝫ ꝛ cū donās nullo caſu velit ad ſe redire qd̄ dedit vel daturū ſe ꝓmiſit. vt ff. de dona. l. i

Donatio ſponſalitia. ſcd̄m. Azo. dicitur ille q̄ a ſponſo ſponſe fit. vel ecōuerſo. licet raro accidat

Donatus. ti. eſt q̇dā autoꝛ. Hinc liber ab eo ↄpoſit⁹ dꝛ donat⁹. Jñ h. ꝛ hec donatiſta ſte. q̄ ſeq̇t̄ donatū. vl' q̄ ſtudet in eius libro

Donatiſte dicuntur quidam heretici a Donato quodam afro dicti. qui aſſerebant filiuꝫ dei eſſe minoꝛem patre. ꝛ minoꝛem filio ſpiritum ſanctum

Domifer. a. um. vel doniferus ri. pen̄. coꝛ. qui defert dona

Donū. ni. n. s. eſt datio irreddibilis Et differt a munere. qꝛ donū deo debet̄. mun⁹ ꝟo hōi Jtē donū honorariū ē. munus ꝟo debitū vt patrono. Nā ꝓprie munera dicūtur obſeq̄a. q̄ paupe res diuitib⁹ loco munerū ſoluunt. ſic dicta. qꝛ manib⁹ accipiūtur vel dant̄ Jtē donū dantis eſt a dando vel donando. munus accipientis a manibus. vel muniendo. vel monendo. ꝛ pd̄ do. Unā ouidius. de arte. Placatur donis Jupiter ipe dat̃

Doꝛcas. cadis. f. t. i. capꝛea. et dꝛ a doꝛcas vel doꝛco. quod eſt videre. eo q̄ acute videat ꝛ de lō



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

ginquo He etiam ibices dicunt̃ q̄i auices eo ꝙ
inſtar auiū ardua ⁊ excelſa teneāt. ⁊ ī ſublimis
habitent. ita vt de ſublimitate vix hūanis ob/
tutibus pateāt. Itē dorcas propriũ nomen
ē mulierꝫ.
Dorcium cij. quedā mulier ſic dicta cā adulati
onis ⁊ blādimēti q̄i iuuencula. ⁊ dr̄ a dorcas
et īterptat̃ pulcra viſu
Dorco onis. m. t. id ē auidus. vorator dictus
ſic a dorcas. quod eſt videre. quia ſolo viſu ac/
cēdit̃ ad leccacitatē.
Dorus fuit filius Neptuni Unde dori vl' do
res quidā greci dicti ſunt. quia ab eo originez
duxerūt. Iñ doric⁹ a. ū.
Dorica. ce. pe. cor. eſt vna ex linguis grecorum.
quā hñt egyptij ⁊ ſyri
Dorſum. n. s. eſt illa ps a ceruice vſqꝫ ad renes
et dr̄ a durus. q̄i durium. eo ꝙ illa ps corporis
ſit durior ad modū ſaxi. fortꝫ ad portandū ⁊ ꝑ
ꝑtiendū
Dos tꝫ. f. t. dr̄ quod datur vxori a marito quā/
do nubit Donatio qđ datur eidē ab eodē ꝑpt
deuirginationē Parafernū quod dat̃ ei ab ami
cis poſt nuptias ꝑ aliq̄t dies ſm ꝯſuetudinem
diuerſaꝝ terraꝝ ⁊ dicitur parafernū a para. qđ
eſt iuxta. et fernos quod eſt dos. q͛ iuxta ⁊ poſt
dotē datur. Et nota ꝙ antiquitus ritus erat vt
maritus et vxor inuicem ſe emerēt et dotarent
ne vxor videretur ancilla. et iō dicunt dotē q̄ſi
doitem. quia precedente in nuptijs. viri dona
tione ſequit̃ dos vxoris. Et nota ꝙ dos q̄nqꝫ
dicitur ꝓprietas et virtus alicuius. Uñ Boe
cius in primo de conſolatione dicit. Ut breuit̃
omnes eius dotes includam. patri ſimilis eſt.
Et ꝓducitur o. ante t. Uñ Ouidius de reme.
Quā potes in peius dotes deflectere puelle.
Dos ſm Azo. in ſū. C. de iur. dotum eſt quod
datur a muliere marito. vel ab eius patre. vel
ab extrāeo ꝑpt onera matrimonij. ſupportāda
Dos aduentitia ſm Azo. que non ꝓficiſcitur
a parente vel tanq̄ꝫ a parente. vt ſi extraneus de
derit patri vt daret in dotez. l. ꝓfecticia. §. ſi q̇s
certā. ff. de iurꝫ. do. Uel ſi pater non tanq̄ꝫ pater
ſed vt extraneus dedit puta quia debebat filie.
et eius voluntate dedit in dotem viro vt dicta
l. ꝓfecticia. §. fi. ꝟ. cetꝫ
Dos profecticia eſt. que nō a patre vel tanq̄ꝫ a
patre vel ab auo vel pro auo profecta eſt. ſcꝫ de
bonis eius vel facto ei⁹ pro filio vel nepote ei⁹.
vel quam alius de mandato coꝝ conſtituit. vt
p̄ſes aut curator dedit de bonis alicui⁹ coꝝ. ſi
erat parens prodigus vel furioſus.
Dotalis. con. t. ⁊ hoc. le. i. doti. aſcriptus. vl' in
dote habitus. et dicitur a dos. Inde dotalic⁹
a. um. idem qđ dotalis. Inde hoc dotalicium
cij. i. dos. vel doits precium.
Dotat⁹. a. um. qui dotē hꝫ. Iñ dotatim et do/
tate aduer. i. abundanter.
Doxa grece latine dr̄ gloria. Iñ doxula. i. p̄ua
doxa ſiue gloria.

## D ante R

Dracena. ne. f. p. i. vxor vel filia draconis. ⁊ di
cit̃ a draco.
Drachma. me. quoddā pondus. ſcꝫ octaua ps
vncie ⁊ denarij pondus. trib⁹ conſtans argenti
ſcrupulis. i. decēocto ſiliquis ſm Hugꝫ. Pap.
vero dicit. Drachma octaua ps vncie. cōſtat a
Drachma denarij ge/ tribus ſcrupul'
nus. vel certum pondus argenti. Uñ Luce. xv
Aut q̄ mulier habens drachmas decē ⁊cꝫ.
Draco onis. dr̄ a greco dracon. Greci enīz dra
conem dracontem vocant ⁊ dicitur ſerpēs. ⁊ ē
draco templorum. anguis aquaꝝ. ſerpēs terre
Dum em̄ eſt ī templo proprie dicit̃ draco. Dū
in aquis anguis. Dum in terra ſerpens. Gloſa
autē. Eſa. xxvij. dicit ꝙ draco vt ferunt in terra
ſerpit natat in aquis. volat in aere. Et vt dicit
Iſidorus etymo. xij. Draco maior eſt cunctoꝝ
ſerpentiū. ſiue omniū animantium ſuper terrā
qui ſepe a ſpeluncis abſtractus fertur in aerem
concitaturqꝫ propter ipſum aer. Eſt autem cri
ſtatus. ore paruo. ⁊ artꝫ fiſtulis. per quas attra
hit ſpiritum ⁊ linguam exurit. Uim autem nō
in dentibus ſed in cauda habet. ⁊ verbere poti⁹
q̄ꝫ ictu nocet innoxius eſt a venenis. ſed ideo.
huic ad mortem faciendam venena non erunt
neceſſaria. quia ſi quez ligauerit. occidit. a quo
nec elephas tutus eſt ſui coporis magnitudīe
Nam circa ſemitas dliteſcens ꝑ quas elephan
tes ſoliti gradiūtur crura eorum nodis illigat.
ac ſuffocatos perimit Gignitur autez in ethio
pia. et in india. ⁊ in ipſo incendio iugis eſtus.
Draconari⁹. narij. i. vexillifer vexillari⁹ ſignifer
q̇ fert vexillū vbi eſt draco depict⁹
Dracontea. tee. q̄dā herba. que vulgo dr̄ herba
dracōis. q͛ haſta ei⁹ varia ſit in modū colubri
et ſimilitudinē draconis imitte̾: vel q͛ eā her
bā vipa timeat. Pap. vo dic̄ Dracontea herba
dicta ſic. q͛ a ſanguine draconis fertur nata. ⁊
eē dracōis colorꝫ. ⁊ flos ei⁹ vt lingua dracōis
Si q̇s radicē hui⁹ herbe ſanis. ꝯfricet manib⁹
ſerpentes ſine ꝑiculo prendet
Draconia. nie. vel draconita te. f. p. q̄dā gēma
ex capite draconis eruta.
Draculus li. dimi. i. ꝑuus draco

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Dragma tis.n.t.eſt q̄ſtio ſiue interrogatio Jñ
dragmaticus.a.ū.i.interrogatiu⁹ Uñ q̇ddaʒ
gen⁹ loquēdi d̄r dragmaticū ſcʒ qd̄ fit inter in
terrogātē ⁊ reſpondentē ⁊ ꝓꝑe ꝑ ꝑſonas itro/
ductas.vt in Terencio ſcd̄m Hug̃. Pap. d̄r
q̄ dragmaticon eſt gen⁹ dicēdi in q̄ poeta nuſ
q̄ʒ loq̇tur ſʒ ꝑſone introducte tm̄
Driades.de arboꝝ.a drindos qd̄ ē arboꝛ
Drindides.didis.m.t.d̄r q̇dā lapis a drin/
dos qd̄ eſt arboꝛ
Dridos grece.i.arboꝛ latine
Drind⁹ di.arboꝛ ⁊ d̄r a drindos
Dromedarius rij.m.t.camelari⁹ qui ſcʒ ducit
dromedos. Uñ Eſaie.vi. Dromedarij .madi
an.⁊ epha.
Dromed⁹ di.m.s.⁊ hec dromeda.de quoddā
genus cameloꝝ.minoris quidā ſtature ſed ve
lociotis.vñ a velocitate currēdi nom̄ habuerūt
Centū em̄ ⁊ amplius vna die miliaria pergere
ſolēt.⁊ d̄r a dromos grece.qd̄ d̄r curſus vl' ve
locitas latine
Dromo.onis.m.t.longa nauis'⁊'velox in cur
ſu.⁊ d̄r a dromos quod eſt curſus.velocitas.l'
curuitas
Dromones dicūtur'q̄ ꝑerāt nauibus ad ſuan
dū traiectū maris in hoc reipublice militātes
et maris trāſitū tenētes vl' tuētes C.de offi.ꝑ
fec.ꝑtoꝝ.affri.l.ij. Uñ adhuc coꝝ naues noie.
vulgari dromones appellāt

## D ante V

Dual'.cō.t.⁊ h̄ le.i.gemin⁹ diuiſis Jñ hec dua
litas .i.duplicitas.altriplicitas
Dubitatio ē quidā coloꝛ rethoꝛicus ⁊ fit.cum
aliq̇s oñt dubiū ſe eē ⁊ ignorat q̇d ſit poti⁹ eli
gendū.vt Tu q̇s es ignoro quo te q̄q̄ʒ nomi/
ne dicam
Dubius q̄ſi duuius.i.incert⁹ q̄i duaꝝ viaꝝ l'
q̄ſi duas vias tenens
Dubi⁹ in fide ē infidelis.de here.c.i.
Dubiū ſiut obſcuꝝ verbū interꝑtādū ē ꝓ reo.
niſi in q̄ttuoꝛ caſibus.ſ.qñ agit de cā liberali.
de.inoffi.teſta.de m̄rimonio.⁊ d̄ dote vt de fi.i
ſtru.c.int' dilectos.i glo.vlt̄ de re.iudi.c.vlt̄.
Itē dubia ſūt in melioꝛē ꝑtē interꝑtāda.d̄ re.
iur̄.eſtore. Jn q̇bus ad coꝝ intelligēciā verboꝝ
recurrēdū ē.c.ex l'ra de ſpōſa. Et tutioꝛ via i du
bijs ē eligēda de homi.ad audiētiam ⁊ de ſpō.
iuuenis
Ducatus.tus.tu.i.dignitas ducis.vel ei⁹ terra
Et ducatus.i.ductus vl' guida.⁊ d̄r a dux.ce
coꝛ.primam
Ducēti.te.ta.dicit a do.⁊ centū Jnde ducen
ties aduer.nūerale.⁊ ducenteſim⁹.a.ū.⁊ ducē
tinus na.num
Ducētarij dicūt duces l' magiſtri ducentoꝛuʒ
militum.q̄ꝝ dignitatē dicimus ducenā
Ducētuplus a.ū.i.ducēties tm̄.
Ducilla.le.dimi.i.ꝑua dux
Ducillus.li.dimi.i.ꝑu⁹ dux.
Ductilis cō.t.⁊ h̄ le.d̄r q̇cq̇d ferendo.ferīēdo
vel extēdēdo ꝓducit.ſcʒ metallū res.vl' q̄ du
ci ꝑt in longū l' latū Uñs malleus ars.ignis
argētū ductile cudit Ars follis forma fornax
vas fuſile fūdit Quelibet infuſa cribrū vas fu
tile futit Ars argylla rota fornax vas fictile
fingit. Ars natura laboꝛ tibi lignū fiſſile fidit
Jñ ductiliter aduer.⁊ ductileus.a.ū ⁊ ducil/
lus.la.lū quod ⁊ docillus.la lum.dicitur ed ē
clepſydra.
Ductoꝛ toꝝ.m.t.d̄r duco.cis. Jñ ductrix cis.et
duct⁹ ſt⁹.tui.⁊ ductiʒ adū.i.tracti
Duellū d̄r ſingularis pugna.que fit ꝓpter ꝓ/
batōem aliruius.ita vt q̄ vicerit ꝓbaſſe credat
et victus in ꝓbatōe defeciſſe.⁊ d̄r q̄ſi duebellū
vel dubellū..i.duoꝝ bellū factū ad ꝓbatōeʒ ve
ritatis.ac ſi ꝑ teſtes q̇s intentōeʒ ſuā fundaſſʒ
vt c.ij.de pur.vul. Jñ duellatoꝛ.oꝝ.ille q̄ duel
lū ꝑegit ⁊ h̄ duellio.onis.i.pugil.q̇ etiā duel
lus d̄r. Et iñ ꝑ ↄpoſitōeʒ ꝑduellis.lis.i.pugil
q̄ ꝑſeuerāter durat in duello. Unde Militia
eſt bellū fortiſ pugilliſq̄ʒ duellū
Dulcis.cō.t.⁊ h̄ ce.i.ſuauis iocūdus amabilis
mitis miſericoꝛs Jñ dulciculus.la.lū.i.aliq̄ʒtu
lum dulcis
Dulcoꝛatus a.ū.i.dulcedine repletus
Dulēſis.ſis.f.t.i.charitatiua ſeruitus q̄ fit int'
duos ⁊ dicitur a duo.vel deriuatur a dulia qd̄
eſt ſeruitus.
Dulia.lie.f.p.i.ſeruitus q̄ exhibēda ē hōi ſic
latria eſt ſeruitus q̄ debet deo.⁊ d̄r a dulos ⁊ ↄ
ponit cō hyp qd̄ ē ſuꝑ.⁊ d̄r hyꝑdulia.lie q̄i ſu
ꝑ duliā ⁊ hec xp̄i hūanitati debet
Dulos grece d̄r ſuit⁹ latine
Dumētū ti.pe.p.i.loc⁹ dumo plen⁹ qd̄ ⁊ du/
micetū ti.d̄r.i.ſpinetū
Dumus.mi.m.s.eſt ſpina vl' potius ſpinarū
collectio Jñ dumoſus a.ū .i.ſpinoſus ſpinis
plenus. Jñ dumoſe adū.⁊ hec dumoſitas ⁊ h̄
et hec dumalus.⁊ h̄ le.ſpinoſus
Duo a dyo d̄r ꝑl'iter hi duo.he due ⁊ hec duo
gtō hoꝝ duom̄.haꝝ duaꝝ hoꝝ duoꝝ l' duuʒ
dtō hijs duobus ⁊c̄
Duodecēnis cō.t.⁊ h̄ ne.i.duodecim annoꝛū
et d̄r a duodeciʒ ⁊ ānus Jñ h̄ duodecēniū.nij
.i.ſpaciū xij.annoꝝ



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Duodeciȝ dꝛ a duo ꝛ decem ꝛ ē oīs gꝭ. numeri pꝭalis ꝛ indeclinabile
Duodenarius a.ū. dꝛ a duodecim a q̄ etiā hic duodenariꝰ rij. ꝛ duodecimꝰ a.ū ꝛ duodecies adu̇.i. duodeci vicibus
Duodēnis.i. duodecim annoꝝ ꝛ videꝛ ꝯpōi a duodeciȝ ꝛ āñꝰ. ſicut ſeptēnis a ſeptē ꝛ ānus
Duodenꝰ a.ū.a duodeciȝ dꝛ.
Duodeuiginti.i. duo minus de viginti
Duonꝰ.i. bonus. q̇ libēter tribuit ꝛ dꝛ a duo is
Duplex oīs gꝭ.i. duplꝰ a.ū.
Duplicarius.rij.m.s. qui duabꝰ ꝑtibus fauet ſcȝ fraudulētus
Duplicatio eſt allegatio q̄ daꝛ reo ad infirmā dū replicatōȝ actorꝭ. ut Juſti de repli. §. rurſū Ul'ſm alios ē eliſio l'anihilatio replicatōnis Et hȝ fieri a reo ꝯ replicatōȝ actorꝭ.
Duplonia. vt dꝛ. ff. de ꝟ. obli. l. continuꝰ. §. cū ita ē inter duplicatū vel ſterilitas ſm glo. ibi dem. vl' dꝛ ille q̇ duplata vtitur dieta vl' ille q̇ fortuito tꝑis euentu. de duabus dietis facit vnam
Durā indecli. ē quedā fluuius. iuxta quē gigā tes edificauerūt turrim Jtē ſicut dꝛ Daiel. iij
Duran ē cāpus in q̄ rex Nabuchodonoſoꝛ po ſuit ſtatuā aureā.
Duribuccꝰ dꝛ ille q̇ nūq̄ȝ vult aꝑire os
Duricies. ci. f. g. i. duricia ꝛ dꝛ a durus
Durꝰ a.ū.i. aſꝑ. firmꝰ. l' nō mollis. Jnd' dure. duriter. aduer. ꝛ duritas tatꝭ. Et componiꝛ du rus. ꝑdurꝰ. a.ū. ꝑdurꝰ. a.ū. ꝛ q̄ȝdurꝰ a.ū ꝛ edurꝰ a.ū.i. valde durus
Duſius ſij.m.s. demon q̇ hōes educit a ſſu vl' q̄ꝛ ducit eos vſq̄ȝ ad mortem Pap. dt Duſios galli demones nomināt quos romani faunos ficarios dicunt.
Duſſis. f. t. i. duos aſſes.
Duſtris pe. coꝛ. in ſimplici nō ē in vſu. ſȝ ī com poſitis. ſcȝ induſtria. i. nobilitas ꝛ venit a no mīe adiectiuo. duſtriꝰ a.ū.i. nobil' qđ in. f. ge. ſbſtātiuaꝛ ſic curius iuriꝰ
Dux cꝭ. ꝯ. t. dꝛ a duco cis. ꝛ deſig̃t dignitatē ꝛ officiū. dꝛ em̄ dux. q̄ꝛ ſit ductoꝛ exercitꝰ. ſȝ non ſtatim q̄cūq̄ȝ ꝑncipes l' duces ſūt. etiā reges di ci ꝑnt In bello ꝟo melius ē ducē noiare q̄ȝ re gē Nā ħ nomē exꝑmit in preliū ducentē. Jnd' ducıſſa Jtē dux cōponiꝛ ħ ꝛ hec redux cꝭ. ꝛ ħ ꝛ hec tradux cis

## E añ A vel B

Eacides pe. coꝛ. i. Eaci nepos. i. Achil les Unde q̇dā Alio te. Eacida rhoma nos vincere poſſe
Eadem me. ꝑ q̄ñ ē ablatiuus caſus In reliq̄s caſibus. me. coꝛ. Uñ In reliq̄s eadē facit abla tiuꝰ eadē. Et ē ꝑnomē cōpoſitū ab is. ꝛ dēꝛ po niꝛ in fe. ge. ꝛ in neu. ꝛ declinaꝛ ſic ſuū ſimplex
Eatenus ſūt due ꝑtes ꝛ ſb duobus accētibus ꝓferūꝛ. i. eodē mō l' eadē rōe.
Ebriolus la. lū. dimi. i. aliq̄ȝtulū ebriꝰ Unde Plātus. Triſtes ac ebrioſi incedūt ꝛ coꝛ. o
Ebrius a.ū.i. extra mēſurā bibēs. ꝛ dꝛ ab e. ꝛ bria qđ eſt menſura Jnde ebrioſus a.ū q̇ ſepe et multum bibit ꝛ hec ebrietas atis. Jtē ebri us quandoq̄ȝ ebrioſus ſepe ꝛ multum bibit. Unde ebrietas aliq̄ñ Ebrioſitas frequēs vi ni temulencia.
Ebur eborꝭ. os elephātis Jñ eburneꝰ a.ū. illđ qđ eſt de ebore vl' qđ eſt candidū ſicut ebur vñ in cantꝭ Collū tuū ſicut turris eburnea Jnue niꝛ etiam eburnus na. nū. in eadē ſcatōe. Uñ virgilius in. vi. enei. Proſeq̄tur dictꝭ portaq̄ȝ emittit eburna

## E ante C

Ecbaſis huiꝰ ecbaſis ē euagatio preꝛ materiā ꝛ dꝛ ab e qđ ē extra ꝛ baſis qđ ē fundamētum q̄ſi extra materiā q̄ eſt fūdamētū. cū ſȝ materiā inquirendi ſunt ſermones Uñ doctrinale Ex materiā deſcribēs vana vagatur Autoꝛ ꝛ hāc plures ecbaſiȝ dixē figurā Quidā dicūt eubaſ ꝑ eu diphthōgō Et ē eubaſis bona digreſſio ſi cut autores ſepe faciunt q̄ñ relicta materia di greſſionē faciūt
Eccleſia ſie. f. p. ꝯuocatio interꝑtatur q̄ꝛ om̄es ad ſe ꝯuocat ꝛ ē fideliū Sȝ ſynagoga qđ inꝑ taꝛ ꝯgregatio ꝑꝑrie eſt iudeoꝝ q̄ȝuis etiā eccia dcā ſit. ſed nr̄āȝ apl'i nūq̄ȝ ſynogogā dixerunt. ſed ſꝑ ecciam. ſiue diſcernendi cā ſiue iō q̄ꝛ iter ꝯgregatōȝ ꝛ ſynagogā ꝛ cōuocatōem vñ eccia nomen accepit diſtet aliqđ q̄ꝛ ſcȝ ꝯgregari pe coꝛa ſolent quorum greges proprie dicimus. Conuocari aūt eſt magis vtentiū rōe ſic ſunt hoīes Ut aūt notaretur iudeoꝝ infidelitas di cta ē hoꝝ ſynagoga. i. ꝯgregatio q̄ſi pecoꝝ ꝛ in diſcretoꝝ Et vt fidelitas noſtra ipſo vocabulo inueneꝛ. dicta eſt noſtra eccleſia. id eſt conuoca tio quaſi rationabilium ꝛ diſcretoꝝ Que ec cleſia dicitur catholica. i. vniuerſalis Non em̄ ſunt conuenticula hereticoꝝ in aliq̄bus regio num ꝑtibus coartatur. ſed per totū oꝛbē terra rū dilatata diffunditur Jñ eccleſiola. ole. di. ꝛ eccleſiaſticꝰ a.ū..
Eccleſiaſtes grece. hebraice coeleth. latine con cionatoꝛ dꝛ Salomon. vñ dicit Hieronimꝰ. Tribus nominibus vocatū fuiſſe Salomōȝ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf